

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

urn:nbn:de:bsz:31-105410



9ym 2696

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

66723

[Handwritten flourish]

*Hic liber
spectat ad Jos.
Sach. Table-
zum.*


A

E I.

II B 6

S
liten
des Job.
euble.





CO
RI

fundam
&
in V. luo

Magr
P

Variat

Sumpt

HORTVS CICE-
RONIANVS

sive

Flores Apophthegma-
tum & Historiarum

e

Scriptis Ciceronis

in Vsum & delectamentum Studio-
sæ pubis excerpti.

Accessit

Historiarum Biblicarum
Semicenturia

ex

*Georgii Fabricii Historiis Sacris
selecta.*

NORIMBERGÆ,

Sumptibus WOLFGANGI MAURITII
ENDTERI.

ANNO M DC XCIX.

ed. leg.
H. p. 60.
H. h. 20.
o Lib. &
H. 13.

9

HORTVS CICE

ROZAVS

Flores Aophtegm

...

an Gym 2696



2696




MA

LE



Maf
noi,
simil
fuer
lioru
hort
adec
runt



MAGNVS DANIEL
OMEISIVS

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.



Ortum pando, non
aëreum aliquem pen-
silemque Semiramidis,
non Africanum illum
Masinissæ, non Adonidis, Alci-
noi, aut Hesperidum viridariis
similem; sed modicum, quales
fuerunt Platonis, Catonis, a-
liorumque sapientum hominum
hortuli, quorum non amplis
adeo spatiis ac sepius se clause-
runt, ab urbis forique strepitu

a 2

remo-

PRÆFATIO.

remoti. Imo vero agellum
quendam scholasticum vendi-
to (qualem emere olim voluit
Tranquillus apud Plinium, E-
pist. 24. Lib. I.) in quo studiosa
pubes reficere oculos, reptare
per limitem, unamque semitam
terere, & flores omnes, viticu-
las arbusculasque suas numera-
re possit. Sive ut, quo colli-
neem, clarius eloquar, decerpfi
ego & contuli ex amœnissimis
Scriptorum Ciceronianorum
viretis Centuriam Apophtheg-
matum & Historiarum, quibus
non tam oculos & nares pasce-
re ac delectare, quam ingenium,
sermonem ac stylum formare
atque ornare valeant studiosi
Lati-

PREFATIO.

Latinitatis purioris tirones. Stimulavit me ad conamen hoc, eruditissimi Bœcleri consilium atque elogium, in Dissertat. de Comparanda Lat. Lingva scribentis: Itaque non erunt vituperandi, qui pro pueris ex toto opere Ciceroniano jucundas historias, narrationes, & similes particulas colligant, quibus imbuantur animi ad amorem dictionis Ciceronianæ. Tum enim cum successu fiet illud Quintiliani Lib. II. Cap. 6: *Cicero, ut mihi quidem videtur, & jucundus incipientibus & apertus est satis: nec prodesse tantum, sed etiam amari potest.* Enimvero Scholarum

PREFATIO.

rum illarum malis jamdudum indolui, in quibus pueri, postquam Latine legere ac scribere didicerunt, Grammatices etiam præcepta maxime necessaria vel memoriæ mandarunt, vel assidua explicatione & repetitione ita perceperunt, ut in talibus haud facile amplius hallucinentur, per nescio quas *Januas & Portulas* male materiatas ac ruinosas, aut per *Novum Orbem sensualium h.e. fundamentalium in mundo rerum*, (trepidate Manes Tulliani!) ducuntur non ad fortunatas aureæ Latinitatis Insulas, sed in sylvam barbaricam, glandibus ac vitiatis seminibus confertam. Doleo & illorum

PREFATIO.

lorum puerorum vicem, qui
præceptis quidem Grammaticis
jam imbuti, neglecta omni imi-
tatione, a præceptoribus suis
magis, quam Romanis ipsis, La-
tinitatem discere coguntur;
dum proponitur iis aliqua scri-
bendi materia verbis Germani-
cis, quam illi deinceps Latine
vertant. Quo perniciosius ni-
hil Lingvæ Latinæ studiis acci-
dere potest: quid enim aliud in-
de consequitur, quam ut in La-
tinum sermonem convertant ri-
dicule, quorum vel nomina vel
loqvendi modos neque tum,
neque antea, audiverint tiro-
nes; vel ad indolem Germanici
magis quam Romani sermonis

PRAEFATIO.

omnia exprimant : cum non a
se , aut imperitis quibusdam
magistris , sed ab auctoribus
optimis pure ac proprie scriben-
di ratio sit addiscenda, horumq;
ductu, veluti norma certissima,
omnium lingvarum studia sint
dirigenda. Quocirca multo
magis eorum probandum est
institutum, qui ex antiquo eo-
que probato Scriptore Latino
historias quasdam , aliosve lo-
cos Germanice vertendos tene-
rioribus proponunt discipulis.
Sic enim puræ ac ornatae ora-
tionis consuetudinem paulatim
contrahunt , simul & patrium
sermonem excolunt , & quo-
modo hujus ratio a Latinitate
abeat

P R Æ F A T I O .

abeat ac diversa sit, intelligunt
& perdiscunt: ut, cum res ead-
dem explicandæ occurrerint,
illarum vocum, particularum
ac dictionum in mentem ve-
niat, quas convertendo antea
in probato illo vereqve Latino
auctore observarunt. Quod &
Gifanii, Buchneri, aliorumqve
doctissimorū Virorum est con-
siliū. Neqve vero tantum-
modo ac semper e Latino in
Germanicum, sed e Germanico
eandem Historiam, remoto
commentario, iterum vertere
in Latinum, utile imprimis e-
rit, ac multi præcipiunt: sic e-
nim ad scriptoris optimi scri-
bendi rationem suam formabit

a 5 tiro,

PRÆFATIO.

tiro, hujusque verba pæne ediscet; & quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu. Ecquis vero optimus ille Scriptorum Latinorum? an junior aliquis ac novitius? Respondet Berneggerus Orat. X: *Inopiam sensus communis & defectum judicii naturalis fore, veterum eximios auctores, & in his Ciceronem aspernari, præferre musteos & latentis adhuc doctrina nescio quos homines: hoc esse, omissa Penelope, ad ancillas sese convertere; vesci glandibus, in optimarum frugum abundantia.* Et Gifanius de Ratione discendarum Lingvarum p. m. 375. 376: *Prima cura sit quo-*

PRÆFATIO.

quotidiani sermonis : neque autem puerum ad alias orationis formas adducamus , quam eam , quæ tanquam fundamentum est omnium , intelligat , & mediocriter sermone & scriptis exprimat. Cicero vero cum omnium maxime Latinam Linguam correxerit & auxerit , hujus loquendi genus , ut potissimum & purissimum , etiam in communibus rationibus sequemur. Equidem more in Scholis quibusdam receptum est , ut primi puerorum præceptis Grammaticis imbutorum conatus Ciceronis Epistolis levari , aut fatigari potius soleant. Nempe enim argumenta Epistolarum

P R Æ F A T I O .

Tullianarum vel notitiam tangunt rei familiaris ac negotia œconomica, qvalia pueris necdum curæ sunt nec voluptati: vel sunt civilia & politica, de difficillimo isto Reip. Romanæ statu ac periculis, de caussis forensibus, prudentumqve consiliis & arcanis, puerilem captum bis transcendentia. Igitur aliorum ac meo iudicio magis fuerit consultum, ut ab initio statim tironibus Sententiæ faciliores, vitæqve ac moribus formandis aptiores, ex scriptis Tullii præcipue moralibus decerpæ proponantur; (qvaes alia, cum Deo, die forsan sum collecturus; interea vero ex Zehnero, &

PRAEFATIO.

ro, & B. Praschii Primordiis Latini sermonis, petere licuerit) quas illi ex tempore exponant, frequentius repetant, sicq; memoriae infigant: dein ex eadem Ciceronis penu promantur Narrationes & Historiae, quibus isti, ut prima scribendi materia utantur, easque in vernaculam, atque inde rursus in Latinam convertant Linguam, ac pro ipsorum etiam captu & profectibus adultioribus, per verba Synonyma, eaque propria & usitata, per Casus quoque & Tempora, varient ac permulent. Posthinc non dissuaserim, praelegendas & ad imitandum proponendas esse pueris Episto-

PREFATIO.

las Ciceronis, sed faciliores, selectiores, eorum ætati, studiis, inclinationibus convenientiores: cæteras vero maturiori iudicio servandas. Et ut ad Historias & Narrationes revertar, est hoc tractandi ac scribendi argumentum adolescentulis tam jucundissimum quam utilissimum, ad loquendum etiam, resque varias distincte ac perspicue enarrandas, in quotidiana vita summopere necessarium: atque uti natura tenacissimi sumus eorum, quæ teneris percipimus annis; ita historias tales & apophthegmata in adultam quoque ætatem, postquam iudicium maturuerit, proferimus,
magna-

PRÆFATIO.

magnaque cum eruditionis ac
urbanitatis laude, & prudentiæ
singularis existimatione, ad va-
rias rerum doctrinas & gravissi-
ma vitæ negotia accommoda-
mus. Hinc & Quintilianus di-
cendi scribendique primordia
capere jubet a fabulis & histo-
riis; ac Lib. I. Instit. c. 13, *Gram-
maticus*, ait, *Æsopi fabellas,*
quæ fabulis nutricularum proxi-
me succedunt, narrare doceat,
sermone puro, & nihil se supra
modum extollente. Ac Lib. II.
Cap. 4, *Apud Rhetorem, inquit,*
initium sit historia, tanto robu-
stior, quanto verior. Et: *Nar-*
rationes stilo componi, quanta
maxima possit, adhibita diligen-
tia

P R Æ F A T I O .

tia volo. Idem confirmat Sve-
tonius in Lib. de Claris Rhetor.
c. 1, scribens: *Narrationes tum
breviter & presse, tum latius &
uberius explicare consueverunt.*
Eqvidem non diliteor, opera
laudabili jam ante me nonnul-
los collegisse Gemmulas, Co-
rollas, Narrationes, uti vocant,
ex Cicerone; inter quos sunt
Mich. Meisnerus, Martin. My-
lius, & alii fortasse plures: verū
libelli ejusmodi partim ætate
profecti in paucorū hodie sunt
manibus, partim ipsæ Historiæ
sine delectu in iis proponuntur,
& nunc difficiliore præmittun-
tur faciliore intellectu, lon-
giores brevioribus, partim con-
cise

P RÆ F A T I O .

cisæ quædam formulæ ac sententiolæ interferuntur ; nonnunquam etiam Loci Communes, aliaque diffuse excerpta ex Orationibus ac scriptis Tullii Philosophicis, quæ historiæ vicem subire nequeunt, immiscentur: ut adeo, meam hanc opellam cum libellis istis qui conferre velit, eam ab illis multum diversam, ac tironum saltem captui scribendiq; primordiis aptiorem, & ornatiùs dispositam facile sit deprehensurus. Præterea vero, quoniam parentes sunt, qui tenerioribus filiorum suorum animis ac memoriæ sacras potius historias, quam

PREFATIO.

quam civiles instillari cupiant, eosque pietate magis, quam severis adeo Latinitatis legibus, proficere malint, ac libentius audiant enarrari Abrahami, Josuæ, Davidis sermones, facta, victorias, quam Alexandri, Themistoclis aut Scipionis apophthegmata & triumphos; ecce in eorum gratiam adjunxi semicenturiam Historiarum Biblicarum ex Georgii Fabricii Chemnicensis Libris IV. prioribus selectas excerptasque. Conscripsit doctissimus ille Vir Virorum Illustrium sive Historiarum Sacrarum Libros X, seculo superiore aliquoties recusos,

PREFATIO.

fos, ac postea fere deperditos; quos tamen e tenebris, post medium seculi hujus jam vergentis, extraxit Venerabilis Theologus ac Philologus, Jo. Sebast. Mitternacht b. m. eosq; Scholiis Theologicis & Chronologicis exornavit; quæ Studio- sis quidem provectoribus, quibus etiam destinata sunt, relin- quimus: ipsas vero Historias, stilo nec indiligente nec inelegante conscriptas, publi pietatis ac bonarum literarum studio- sæ majorem in modum com- mendamus: quibus plures e sex Fabricii Libris sequentibus ma- gistri subjungere, si velint, po- terunt.

PRAEFATIO.

terunt. Faxit Numen Benignif-
simum, ut meus hic quantulus-
cunqve labor ne sit irritus, sed
fructum ferat copiosum, No-
mini suo divino gloriosum, rei-
qve scholasticæ utilem ac salu-
tarem! Scrib. AltdorfI

Noricor. m. Mart.

CIC IDC IC.



AOPH-



APOPHTHEGMATVM ET HISTORIARVM FLORES

e

Scriptis Ciceronianis excerpti.

I. **H**ilippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modo a sellis onustus auro posset ascendere. *Lib. I.*

ad Attic. Epist. 16.

2. Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quærentibusque respondere, Miltiadis tropæis se e somno suscitari. Cui non sunt audita Demosthenis vigiliæ? qui dolere se agebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. *IV. Tusc. Quest.*

Quest.

3. La-

enignif-
ntulus-
us, sed
, No-
m, rei-
c salu-
rfl

APOPH.

2 Apophthegmata & Historie

3. Lacæna, cum filium in prælium misisset, & interfectum audisset; Idcirco, inquit, genueram, ut esset, qui pro patria non dubitaret mortem occumbere. *1. Tusc. Quæst.*

4. Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum attulissent, repudiati ab eo sunt. Non enim aurum habere, præclarum sibi videri, dixit; sed iis qui haberent aurum, imperare. *Lib. de Senectate.*

5. Themistocles cum consulere-
tur, utrum bono viro pauperi, an
minus probato diviti, filiam collo-
caret? Ego vero, inquit, malo vi-
rum, qui pecunia egeat, quam pe-
cuniam, quæ viro. *11. Offic.*

6. Darius in fuga, cum aquam
turbidam & cadaveribus inquinatam
bibisset, negavit unquam se bibisse
jucundius; nunquam videlicet fi-
ciens biberat. Nec esuriens Ptole-
maeus

mæus ederat : cui cum peragranti
Ægyptum, comitibus non consecu-
tis, cibarius in casa panis datus esset,
nihil visum est illo pane jucundius.

V. Tusc.

7. Asclepiadem ferunt, non igno-
bilem Philosophum, cum quidam
quereret, quid ei cæcitas attulisset,
respondisse : ut puero uno esset co-
mitator. *Ibid.*

8. Democritus, luminibus amif-
sis, alba & atra discernere non pote-
rat; at vero bona, mala; æqua, ini-
qua; honesta, turpia; utilia, inuti-
lia; magna, parva poterat : & sine
varietate colorum licebat vivere bea-
te; sine notione rerum non licebat.
Ibid.

9. Vnus e Lacedæmoniis, cum
Perses hostis in colloquio dixisset glo-
rians, Solem præ jaculorum multi-
tudine & sagittarum non videbitis:
In umbra igitur, inquit, pugnabi-
mus! *I. Tusc.*

10. Q.

4 Apophthegmata & Historia

10. Q. Maximus Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atqve dicenti, Mea opera, Qvinte Fabi, Tarentum recepisti; Certe, inquit ridens; nam nisi tu amisisses, ego nunquam recepissem.
Lib. de Senect.

11. Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagavit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum: atqve ubi lucere cœpisset, clamitasse Magos, pestem ac perniciem Asiæ proxima nocte natam!
l. de Divin.

12. Timæus, cum concinne, ut multa, in historia dixisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagavisse, adjunxit: Minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis adesse voluisset, abfuisset domo. *l. de Nat. Deor.*

13. Mi-

13. Milo Crotoniates cum jam senex esset, athletasque se in curriculo exercentes videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrymansque dixisse: At hi jam mortui sunt! *Lib. de Senect.*

14. Dejotarum ex itinere aquila revocavit. Qui nisi revertisset, in eo conclavi ei cubandum fuisset, quod proxima nocte corruit; ruina igitur oppressus esset. *Lib. II. de Divin.*

15. Diogenes Cynicus Alexandro roganti, ut diceret, si quid sibi opus esset: Nunc quidem paululum, inquit, a sole absis! Offecerat videlicet apricanti. *V. Tuscul.*

16. Socratem ferunt, cum usque ad vesperam contentius ambularet; quassitumque esset ex eo, quare id faceret? respondisse, se quo melius coenaret, obsonare ambulando famem. *Ibid.*

b

17. The-

17. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse ajunt, cum ex eo quæreretur, Quod acroama, aut cujus vocem libentissime audiret? Ejus, a quo sua virtus optime prædicaretur. *Orat. pro Arch. P.*

18. Publium Scipionem, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum, scripsit Cato, qui fuit fere ejus æqualis, Nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset. *III. Offic.*

19. Orator quidam malus, cum in epilogo misericordiam se movisse putaret, rogavit Catulum, Videturne misericordiam movisse? Ac magnam quidem, inquit: Neminem enim puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. *II. de Orator.*

20. Diogenes Cynicus, projici se jussit inhumatum: tum amici, Volucris

lucibusne & feris? Minime vero in-
quit; sed bacillum prope me, quo
abigam, ponitote! Qui poteris? illi;
non enim senties. Quid igitur mi-
hi ferarum laniatus oberit nihil sen-
tienti? *1. Tusc.*

21. Præclare Anaxágoras, qui
cum Lampfaci moreretur, quæren-
tibus amicis, velletne Clazomenas
in patriam, si quid accidisset, affer-
ri? Nihil necesse est, inquit: undique
enim ad inferos tantundem viæ est.
Ibid.

22. Cyrenæo Theodoro, Philoso-
pho non ignobili, cum Lysimachus
Rex crucem minaretur, Ista quæso,
inquit, horribilia minitare purpura-
tis tuis: Theodori quidem nihil in-
terest, humi ne, an sublime, putre-
scat. *Ibid.*

23. Philippus Macedo dixit: Ne
eos tibi fideles fore putes, quos pe-
cunia corrueris. Fit enim deterior,

qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior. Hoc ille filio; sed præceptum putemus omnibus. *II. Offic.*

24. Quererebatur Scipio, quod in omnibus rebus homines diligentiores essent; ut capras & oves quot quisque haberet, dicere posset, amicos quot haberet, non posset dicere: & in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentibus esse. *Lib. de Amicit.*

25. Defert ad conjectorem quidam, se somniasse, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit; invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. Misit conjectori, quantum visum est de argento. Tum ille: Nihilne de vitello? Id enim ex ovo videbatur aurum declarasse; reliquum argentum. *II. de Divinas.*

26. *Quam*

26. Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen cum in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris! Et vere: nam nisi Ilias existisset illa, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruisset. *Orat. pro Arch. P.*

27. Solon cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset; respondit: Se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat; ne non tam prohibere, quam admonere videretur. *Pro. Rosc. Amerin.*

28. Timotheum, clarum hominem Athenis, & principem civitatis ferunt, cum cœnavisset apud Platonem,

nem, eoqve convivio admodum delectatus esset, vidissetqve cum postridie, dixisse: Vestrae quidem coenae non solum in praesentia, sed etiam postero die jucundae sunt. *V. Tusc.*

29. Antimachum Clarium poetam ferunt, qui, cum convocatis auditoribus legeret eis magnum volumen suum, & cum legentem omnes praeter Platonem reliquissent; Legam, inquit, nihilominus; Plato enim mihi unus instar est omnium! *De Clar. Orat.*

30. Ajax in sylva postquam rescivit, quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlysses intervenit; occisum conspicatur; e corpore telum cruentum educit. Teucer intervenit, cum fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis arcessit. *Lib. I. ad Herenn.*

31. Dicebat Isocrates, doctor singularis, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frenis uti solere. Alterum enim exultantem verborum audacia reprimebat; alterum cunctantem, & quasi verecundantem incitabat. *Lib. III. de Orat.*

32. Theophrastus cum percunctaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet: & respondisset illa, atque addidisset, Hospes, non pote minoris; tulit moleste, se non effugere hospitis speciem, cum aetatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. *Lib. de Claris Orat.*

33. Cajus Pompilius, cum a Gallis obsideretur, neque effugere ullo modo posset, venit cum hostium ducibus in colloquutionem: ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret: satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum. Exercitum eduxit, impedi-

b 4

menta

menta reliquit; arcessitur majestatis.

Lib. I. ad Herenn.

34. Alexander ille non gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & a Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriæ fore putabat. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant: quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. *Lib. V. Famil. Epist. 12.*

35. Nec minus est Spartiatus ille Agefilaus perhibendus; qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt: unus enim Xenophontis libellus in eo Rege laudando, facile omnes imagines omnium statuasque superavit. *Ibid.*

39. Sol Phaëthonti filio facturum se esse dixit, quicquid optasset: optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatuſ est; atque insanus antequam consti-

consti-
Quar-
millun-
Lib. III
37
phio
cum
patria
Nec h
essen
elles,
Sene
38
dicar
& ob
publ
prod
grad
virtu
de Or
5
stes
cum

constitit, idtu fulminis deflagavit.
Quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse servatum?

Lib. III. Offic.

37. Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse; cum illi dixisset, non eum sua sed patriæ gloria splendorem assecutum. Nec hercule, inquit, si ego Seriphius essem, nobilis, nec si tu Atheniensis esses, clarus unquam fuisses! *Lib. de Senect.*

38. Spurio Carvilio graviter claudicanti ex vulnere ob remp. accepto, & ob eam causam verecundanti in publicum prodire, mater dixit: Quin prodis, mi Spuri? ut quotiescunque gradum facias, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. *Lib. II. de Orat.*

39. Abderites Protagoras, Sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset:

b 5

set:

set : De Diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in con-
 cione combusti. *I. de Nat. Deor.*

40. Magis Persarum auctoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur; quod parietibus includerent Deos: quibus omnia deberent esse patentia & libera: quorumque hic mundus omnis templum esset & domus. *Lib. II. de Leg.*

41. Polycratem Samium felicem appellant: nihil acciderat ei, quod nollet; nisi quod annulum, quo delectabatur, in mare abjecerat. Ergo infelix una molestia: felix rursus, cum is ipse annulus in præcordiis piscis inventus est. *Lib. V. Fin.*

42. Cyrus apud Xenophontem eo sermone, quem moriens habuit, cum admodum senex esset, negat se unquam sensisse senectutem suam
 imbe-

imbecillio rem factam, quam adoleſcentia fuiſſet. Leontinus etiam Gorgias, centum & ſeptem complevit annos; neque unquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſavit. Qui, cum ex eo quaeretur, Cur tam diu vellet eſſe in vita? Nihil habeo, inquit, quod incuſem ſenectutem. *Lib. de Senect.*

43. Biantis illius, qui numeratur inter ſeptem Sapientes, cum patriam Prienem cepiſſet hoſtis, caeterique ita fugerent, ut multa de ſuis rebus ſecum aſportarent: cum eſſet admonitus a quodam, ut idem ipſe faceret, Ego vero, inquit, facio; nam omnia mea mecum porto. Ille hac ludibria fortunæ ne ſua quidem putavit, quæ nos appellamus etiam Bona. *Paradox. I.*

44. Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti formicæ in os tritici grana congeſſerunt. Ditiffimum fore,

fore, prædictum est; quod evenit. At Platoni, cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis confedis-
sent, responsum est, singulari illum
favitate orationis fore. Ita futura
eloquentia provisa in infante est. *7.*
de Divin.

45. L. Paullus Consul iterum, cum
ei bellum ut cum Rege Perse gereret,
obtrigisset, ut ea ipsa die domum ad
vesperam rediit, filiolum suam Ter-
tiam, quæ tum erat admodum par-
va, osculans animadvertit tristicu-
lam. Quid est, inquit, mea Tertia?
quid tristis es? Mi pater, inquit, Per-
sa periit. Tum ille arctius puellam
complexus, Accipio omen, inquit,
mea filia! Erat autem mortua catel-
la eo nomine. *Ibid.*

46. Epaminondas, cum vicisset
Lacedæmonios apud Mantineam,
simulque ipse gravi vulnere exani-
mari videret se, ut primum dispexit,

quæ-

quæsiuit, saluusne esset clypeus? Cum saluum esse fientes sui respondissent, rogavit; Essentne fusi hostes? Cumque id quoque, ut cupiebat, audisset, evelli iussit eam, qua erat transfixus hastam. Ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria est mortuus. *II. de Fin.*

47. Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset; hominibus, quorum maxime interfususset, tam exiguam vitam dedisset. Quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur se tum, cum illa videre coepisset, extingvi. *III. Tuscul.*

48. Ad mortem proficiscens Callanus Indus, cum ascenderet in rogam ardentem, O præclarum dis-

cessum, inquit, e vita; cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit! Cumque Alexander eum rogaret, si quid vellet, ut diceret: Optime, inquit; propediem te videbo! Quod ita contigit: nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus.

I. de Divin.

49. Vidit pictor ille, cum immolandâ Iphigeniâ tristis Calchas esset, moestior Vlysses, moereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse; quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari. *Ex Orat. ad Brutum.*

50. Eleus Hippias, cum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus est, cuncta pene audiente Græcia: Nihil esse ulla in arte rerum omnium, quod ipse nesciret; nec solum has artes, quibus liberales

missio

d

les

les doctrinae atque ingenuae continerentur, Geometriam, Musicam, Literarum cognitionem, & Poëtarum, atque illa, quae de naturis rerum, quae de hominum moribus, quae de rebusp. dicerentur; sed annulum, quem haberet, pallium, quo amictus, soccos, quibus indutus esset, se sua manu confecisse. *III. de Oratore.*

51. Leontinus Gorgias in quodam Platonis libro, de omni re, quaecunque in disceptationem quaestionemque vocaretur, se copiosissime dicturum esse proficitur. Isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, Quae de re quisque vellet audire? Cui tantus honor habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. *Ibid.*

52. Thales Milesius, ut objurgatores suos convinceret, ostenderetque etiam

etiam Philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse; omnem oleam, antequam florere coepisset, in agro Milesio coemisse dicitur: animadverterat fortasse quaedam scientia, olearum ubertatem fore. Et quidem primus idem defectioem solis, quæ Astyage regnante facta est, prædixisse fertur, *I. de Divinat.*

53. Socrates, cum esset ex eo quaesitum, Archelaum Perdicæ filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? Haud scio, inquit, nunquam enim cum eo locutus sum. Ain tu? an tu aliter id scire non potes? Nullo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem Rege magno potes dicere, beatusne sit? An ego possem, cum ignorem, quam sit bonus? Quid? Tu in eo firmam vitam beatam putas? Ita prorsus existimo: bonos, beatos; improbos,

bos, miseros. Miser ergo Archelaus?
Certe, si injustus. *V. Tusc.*

54. Cum Rex Pyrrhus populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum Rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricii, ei que est pollicitus, Si premium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, & eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum putavit ad Pyrrhum. Idque ejus factum a Senatu laudatum est. *III. Offic.*

55. De Simonide, non poeta solum svavi, verum etiam ceteroquid docto sapienteque, cum quævisset tyrannus Hiero, Quid, aut qualis esset Deus? Deliberandi causa sibi unum diem postulavit. Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quæ-

ro quæreret, cur ita faceret? Quia, quanto, inquit, diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. I. *De Nat. Deor.*

56. Octo hominum millia tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relictii in castris fuissent a Paulo & Varrone Consulibus. Eos Senatus non censuit redimendos, cum id parva pecunia fieri posset, ut esset insitum militibus Romanis, aut vincere aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis scribit Polybius, quod Senatus populusque Rom. rebus afflictis tam excelsio animo fuisset. III. *Offic. Bob.*

57. Athenis ajunt, cum quidam apud eos qui sancte graviterque vixisset, & testimonium publice dixisset, & (ut mos Græcorum est) jurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is juraret, recla-

reclamasse : cum Græci homines spectati viri noluerint religione videri potius , quam veritate , fidem esse constrictam. *Orat. pro Balbo.*

58. C. Popilius , cum ad Antiochum Regem legatus missus esset , & verbis Senatus enunciaffet , ut ab Alexandria discederet , quam obsidebat : cum tempus ille differret , virgula stantem circumscripsit ; dixitque , se non ante renunciaturum Senatui , nisi prius sibi respondisset , quid facturus esset , quam ex illa circumscriptioe excederet. Præclare ! Senatus enim faciem secum attulerat , auctoritatem Reipublicæ. *Philipp. II.*

59. Poppilius Imperator tenebat provinciam : in cujus exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Poppilio videretur unam dimittere legionem , Catonis quoque filium , qui in eadem legione militabat ,

bat, dimisit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Poppillium scripsit, ut, si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiae sacramento; quia, priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat. Adeo summa erat observatio in bello movendo. *I. Off.*

60. Marci Catonis senis est epistola ad M. filium, in qua scripsit, se audisse, eum missum factum esse a Consule, cum in Macedonia bello Persico miles esset. Monet igitur ut caveat, ne praelium ineat. Negat enim jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. *Ibid.*

61. Existunt saepe injuriae calumnia quaedam, & nimis callida sed malitiosa juris interpretatione. Ex quo illud, Summum jus, summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam

etiam in Rep. multa peccantur : ut ille, qvi, cum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, qvod dierum essent pactæ, non noctium induciæ. *Ibid.*

62. Nec noster qvidem probandus : si verum est, Q. Fabium La-beonem, seu qvem alium (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus a Senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisqve separatim locutum, ne cupide qvid agerent, ne appetenter; atqve ut regredi, qvam progredi mallent. Id cum utriqve fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaqve illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit. In medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit. Decipere hoc qvidem, non judicare est. *Ibid.*

63. Mulieres in India, cum est cujusqve earum vir mortuus, in certamen

tamen iudiciūqve veniunt, quam plurimum ille dilexerit; plures enim singulis solent esse nuptæ. Quæ est victrix, ea læta, prosequētibz suis, unà cum viro in rogum imponitur; illa victa mœsta discedit. *V. Tusc.*

64. Simonides cum ignotum quendam projectum mortuum vidisset, eumque humavisset, haberetque in animo navem conscendere, moneri visus est, ne id faceret, ab eo, quem sepultura affecerat; si navigasset, cum naufragio esse periturum: itaque Simonidem rediisse; perisse cæteros, qui tum navigassent. *I. de Divin.*

65. Cum Ptolemæus familiaris Alexandri in prælio telo venenato ictus esset, eoqve vulnere jam pæne moreretur, Alexander assidens, somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam

culam ore ferre, & simul dicere, quo illa loci nasceretur; (neque is longe aberat ab eo loco) ejus autem esse vim tantam, ut Ptolemæum facile sanaret. Cum Alexander expectatus narraffet amicis somnium: emisisse, qui illam radiculam quærent. Quæ inventa & Ptolemæus sanatus dicitur; & multi milites, qui erant eodem genere teli vulnerati.

II. de Divin.

66. Matrem Phalaridis scribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor & discipulus Platonis, visam esse videre in somnis simulacra Deorum, quæ ipsa Phalaridis domi consecrasset: ex his Mercurium e patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere: qui, cum terram attigisset, reserescere videretur sic, ut tota domus sanguine redundaret. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit. *Idem de Divin.*

67. Cum

67. Cum dormienti Cyro sol ad pedes visus esset: ter eum, scribitur, frustra appetivisse manibus: cum se convolvens sol elaberetur & abiret; ei Magos dixisse, quod genus sapientum & doctorum habebatur in Persis, ex triplici appetitione solis, XXX annos Cyrum regnaturum esse, portendi. Quod ita contigit; nam ad septuagesimum pervenit; cum XL natus annos regnare coepisset. *Ibid.*

68. Roscius cum esset in cunabulis, educareturque in Selonio, qui est campus agri Lanuvini; noctu lumine appposito, experrecta mater animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu; quo adspectu exterrita clamorem sustulit. Pater autem Roscii ad aruspices retulit; qui responderunt: nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. Atque hanc speciem Praxiteles

anno 750

caela-

calavit argento; & Archias expressit
versibus. *Ibid.*

69. Annibalem Coelius scribit,
cum columnam auream, quæ esset
in fano Junonis Lacinia, auferre vel-
let, dubitaretque, utrum ea solida
esset, an extrinsecus inaurata, pene-
travisset: cumque solidam invenis-
set, statuissetque tollere; secundum
quietem visam esse ei Junonem præ-
dicere, ne id faceret, minitarique,
si id fecisset, se curaturam, ut eum
quoque oculum, quo bene videret,
amitteret: idque ab homine acuto
non esse neglectum. Itaque ex eo
auro, quod exterebratum esset, bu-
culam curasse faciendam: & eam in
summo columnæ collocavisse. *Ibid.*

70. Sophocles, cum ex æde Her-
culis patera aurea gravis surrepta es-
set, in somnis vidit ipsum Deum di-
centem, qui id fecisset. Quod semel
ille iterumque neglexit. Vbi idem
sepius,

sæpius, ascendit in Areopagum, detulit rem. Areopagitæ comprehendi jubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is quæstione adhibita, confessus est, pateramque retulit. Quo facto fanum illud Indicis Herculis nominatum est. *Ibid.*

71. Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima; adduxit legatos ad coenam in Academiam: iis apposuit tantum, quod satis esset, nullo apparatu. Cum postridie rogarent eum, cui numerari juberet: Quid? vos hesternæ, inquit, cœmula non intellexistis, me pecunia non egere? Quos cum tristiores vidisset, triginta minas accepit, ne aspernari Regis liberalitatem videretur. *V. Tus.*

72. Herculem Prodicus dicit, (ut est apud Xenophontem) cum pri-

mum

mum pubesceret, (quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram jam ingredi melius esset? Et ingressus est hanc, arduam quidem & difficilem, sed quæ ad veram duceret beatitatem. *I. Cffic.*

73. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in iudicium vocatus est; ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus, bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem, a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse.

se iudicibus, quæ sisseque, num illud
carmen desipientis videretur? Quo
recitato sententiis iudicum est libe-
ratus. *Lib. de Senect.*

74. Stylphonem Megaricum Phi-
losophum, acutum sane hominem,
& probatum temporibus illis acce-
pimus. Hunc scribunt ipsius fami-
liares, & ebriosum & mulierosum
fuisse: neque hoc scribunt vitupe-
rantes, sed potius ad laudem: Vi-
tiosam enim naturam ab eo sic edo-
mitam & compressam esse doctrina,
ut nemo unquam vinolentum il-
lum, nemo in eo libidinis vestigium
viderit. *Lib. de Fato.*

75. Socratem nonne legimus
quemadmodum notarit Zopyrus
Physiognomon, qui se profitebatur
hominum mores naturasque ex cor-
pore, oculis, vultu, fronte, perno-
scere? Stupidum esse Socratem di-
xit, & bardum, quod jugula conca-
va non

va non haberet: obstructas eas partes & obturatas esse dicebat: addidit etiam mulierosum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. Sed hæc ex naturalibus causis vitia nasci possunt; extirpari autem & funditus tolli, ut is ipse, qui ad ea propensus fuerit, a tantis vitiis avocetur, non est id positum in naturalibus causis, sed in voluntate, studio, disciplina.

Ibid.

76. Apud quosdam lex erat, ne quis Dianæ vitulum immolaret. Nautæ quidam cum adversa tempestate in alto jactarentur, voverunt, si eo portu, quem conspiciebant, potiti essent, ei Deo, qui ibi esset, se vitulum immolaturos; casu erat in eo portu fanum Dianæ ejus, cui vitulum immolare non licebat. Imprudentes legis, cum exissent, vitulum immolaverunt. Accusantur. II.

de Invent.

77. Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilii & ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles: ad quem quidam doctus homo, atque imprimis eruditus, accessisse dicitur, eique Artem Memoriae, quæ tum primum proferebatur, pollicitum esse se traditurum. Cum ille quæsisset: Quidnam illa ars efficere posset? dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset. Et ei Themistoclem respondisse: Gratus sibi illum esse facturum, si se oblivisci, quæ vellet, quam si meminisse, docuisset. Nam memini, ait, etiam quæ nolo; oblivisci non possum, quæ volo! *II. de Orat. & II. de Fin.*

78. Damonem & Pythiam (Phintiam) Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, & is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies com-

men-

mendandorum suorum causa postulavisset, vas factus sit alter ejus sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se in amicitiam tertium adscriberent. *III. Offic.*

79. Scipio Nasica, cum ad poetam Ennium venisset, eiqve ab ostio quaerenti Ennii ancilla dixisset, domi non esse; Nasica sensit, illam domini jussu dixisse, & illum intus esse. Paucis post diebus cum ad Nasicam venisset Ennius, & eum a janua quaereret, exclamat Nasica, se domi non esse. Tum Ennius, Quid? ego non cognosco vocem, inquit, tuam? Hic Nasica: Homo es impudens; ego cum te quaererem, ancillae tuae credidi, te domi non esse; tu mihi non credis ipsi? *II. de Orator.*

80. Cum duo quidam Arcades familiares iter una facerent & Megaram venissent, alter ad cauponem

64 diver-

divertit, ad hospitem alter. Qui ut
 cenati quiescerent, concubia nocte
 visus est in somniis ei, qui erat in
 hospicio, ille alter orare, ut subveni-
 ret, quod sibi a caupone interitus
 pararetur. Is primo perterritus som-
 nio surrexit; deinde, cum se col-
 legisset, idque visum pro nihilo ha-
 bendum esse duxisset, recubuit. Tum
 ei dormienti idem ille visus est ro-
 gare, ut, quoniam sibi vivo non
 subvenisset, mortem suam, ne inul-
 tam esse pateretur: se interfectum
 in plaustrum a caupone esse conje-
 ctum, & supra stercus injectum: pe-
 tere, ut mane ad portam adesset,
 priusquam plaustrum ex oppido exi-
 ret. Hoc vero somnio is commo-
 tus, mane bubulco praesto ad por-
 tam fuit; quaesivit ex eo, quid esset
 in plastro? Ille perterritus fugit,
 mortuus erutus est: caupo, re pate-
 facta, poenas dedit. *1. de Divin.*

81. Dio-

81. D
 nibus tu
 ret, con
 utque is
 diose er
 ponere
 bar, tra
 cum qu
 set, Hu
 comm
 utrum
 quia v
 mendi
 rita ap
 doluit
 ta: qu
 occide
 82.
 metue
 necesse
 perior
 crucia
 culuro

81. Dionysius, cum in communibus suggestis consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat; atque is, cum pila ludere vellet, (studiose enim id factitabat) tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris jocans dixisset, Huic quidem certe vitam tuam committis; arrisissetque adolescens, utrumque iussit interfici: alterum, quia viam demonstravisset interimenti sui; alterum, quia id dictum risu approbavisset. Atque eo facto sic doluit, ut nihil gravius tulerit in vita: quem enim vehementer amaret, occiderat. *V. Tusc.*

82. Qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi, necesse est. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candena-

c s

ti car-

ti carbone sibi adurebat capillum?
 Quid? Alexandrum Pheræum, quo
 animo vixisse arbitramur? qui (ut
 scriptum legimus) cum uxorem
 Theben admodum diligeret, tamen
 ad eam ex epulis in cubiculum ve-
 niens, barbarum, & eum quidem,
 ut scriptum est, punctum notis
 Threjiis, districto gladio jubebat
 anteire: præmittebatque de stipato-
 ribus suis, qui scrutarentur arculas
 muliebres, & ne quod in vestimen-
 tis occultaretur telum, exquirent.
 O miserum, qui fideliorem & bar-
 barum & stigmaticum putaret,
 quam conjugem! Nec eum fefellit
 opinio: ab ea est enim ipse propter
 pellicatus suspicionem interfectus. II.
Offic.

83. Themistocles post victoriam
 ejus belli, quod cum Persis fuit, dixit
 in concione, se habere consilium
 Reip. salutare, sed id sciri opus non
 esse:

esse: pos-
 daret, q
 us est A
 lacedæ
 ter ad C
 se; quo
 rum op
 stides cu
 magna
 perutil
 mistoc
 nestum
 honestu
 dem p
 rem,
 auctori
 Offic.
 84. C
 nem di
 liller, q
 ut ea p
 invitus
 esse dix

esse: postulavit, ut aliquem populus daret, qui cum communicaret. Datus est Aristides. Huic ille, Classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gyttheum, clam incendi posse; quo facto, frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audivisset, in concionem magna expectatione venit, dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt, totamque eam rem, quam ne audiverant quidem, auctore Aristide repudiaverunt. III. *Offic.*

84. Cum Socrati scriptam orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei videretur, edisceret, ut ea pro se in iudicio uteretur, non invitus legit, & commode scriptam esse dixit: sed, inquit, ut si mihi cal-

ceos Sicyonios attulissēs, non uter, quamvis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri. *I. de Orat.*

85. Æschines cum propter ignominiam iudicii cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset, rogatus a Rhodiis, legisse fertur orationem illam egregiam, quam in Ctesiphontem contra Demosthenem dixerat: qua prælecta, petitum est ab eo postredie, ut legeret illam etiam, quæ erat contrà a Demosthene pro Ctesiphonte edita; quam cum suavissima & maxima voce legisset, admirantibus omnibus, Quanto, inquit, magis admiraremini, si audissetis ipsum? Ex quo satis significavit, quantum esset in actione, qui orationem eandem aliam esse putaret, auctore mutato. *III. de Orat.*

86. Ex

86. Ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur; quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, quæ se parens persequeretur, dissipavisse, ut eorum collectio dispersa, mœrorq; patrius, celeritatem persequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens, maximam vim auri atque argenti, pulcherri-
marumque rerum omnium, quas & a majoribus acceperat, & ipso bello superiore, & tota Asia direptas in suum regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, Rex ipse e manibus effugit. Ita illum in persequendi studio mœror, hos læticia retardavit. *Orat. pro Lege Manil.*

87. Diagoras cum Samothraciam venisset, atheus ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, Tu, qui Deos
putas

putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatum effugerint, in portumque salvi pervenerint? Ita fit, inquit: illi enim nusquam picti sunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt. Idemque cum ei naviganti vectores adversa tempestate timidi & perterriti dicerent, non injuria sibi illud accidere, qui illum in eandem navem recepissent; ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes; quæsitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent? *Lib. III. de Nat. Deor.*

88. Solebat narrare Pompejus, se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audivisset, eum graviter esse ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum Philosophum visere: quem

quem ut vidisset & salutavisset, honorificisque verbis prosecutus esset, molesteque se dixisset ferre, quod eum non posset audire. At ille, Tu vero, inquit, potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat, eum graviter & copiose de hoc ipso, nihil esse bonum nisi quod honestum esset, cubantem disputasse: cumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse, Nihil agis dolor, quamvis sis molestus; nunquam te esse confitebor malum! *11. Tuscul.*

89. Duo quidam, cum jam in alto navigarent, & eorum alterius navis, alterius onus esset, naufragum quendam natantem, & manus ad se tendentem, animadverterunt: misericordia commoti, navim ad eum applicaverunt; hominem ad se sustulerunt. Postea aliquanto ipsos quoque

quoque tempestas vehementius ja-
 ctare coepit, usque adeo, ut domi-
 nus navis, cum idem gubernator
 esset, in scapham confugeret, & in-
 de funiculo, quia puppi religatus
 scapham annexam trahebat, navim
 quoad posset, moderaretur; ille au-
 tem, cujus merces erant, in gladium
 in navi ibidem incumberet. Hic il-
 le naufragus ad gubernaculum acces-
 sit, & navi, quoad potuit, est opitu-
 latus. Sedatis autem fluctibus, &
 tempestate jam commutata, navis
 in portum provehitur. Ille vero,
 qui in gladium incubuerat, leviter
 saucius, facile est ex vulnere recrea-
 tus. Navim cum onere, horum
 trium suam quisque esse dicit. *II. de*
Invent.

90. Dionysio cum quidam ex ejus
 assentatoribus Damocles comme-
 moraret in sermone copias ejus, o-
 pes, majestatem, dominatus, rerum
 abundan-

abundantiam, magnificentiam ædium regiarum; negaretque unquam beatiorem quæquam fuisse: Visne igitur, inquit, Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experi mi meam? Cum se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in auro lecto, strato pulcherrime textili stragulo, magnificis operibus picto, abacosque complures ornauit argento auroque cæato: tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosque ad nutum illius intuentis diligenter ministrare. Aderant unguenta, coronæ, incedebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur. Fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum demitti iussit, ut impenderet illius beati cervicibus. Itaque nec pulchros illos

illos ministratores adspiciebat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam; jam ipsæ defluebant coronæ: deniq; exoravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse beatum, cui semper aliquis terror impendat? *V. Tusc.*

91. M. Attilius Regulus, cum Consul iterum in Africa ex insidiis captus esset, Duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore autem patre Annibalis Amilcare, juratus missus est ad Senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is Romam in Senatum venit, mandata exposuit, sententiam ne diceret, recusavit: quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se Senatorem. Atque illud etiam, Reddi captivos, negavit esse utile: illos enim adolescentes esse, & bonos

soli

bonos
necture
ctoritas
Cartha
charita
Neque
crudel
sita sup
dum c
um,
in me
nex ca
reman
Ead
tur Li
si qui
hosti p
des ser
lo Reg
captiv
sus ess
primu
dos in

bonos duces ; se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas , captivi retenti sunt ; ipse Carthaginem rediit : neque eum charitas patriæ retinuit, nec suorum. Neque vero tum ignorabat , se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci : sed jusjurandum conservandum putabat. Itaque tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex captivus, perjurus, Consularis remansisset. III. *Offic.*

Eadem historia brevius recensetur Lib. I. *Offic.* his verbis : *Etiam si quid singuli temporibus adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides servanda: ut primo Punico bello Regulus captus a Pœnis cum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetq; se rediturum, primum ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit: deinde,*
cum

cum retineretur a propinquis & amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere.

92. Ajunt Cyrum minorem, Persarum Regem, præstantem ingenio atqve imperii gloria, cum Lyfander Lacedæmonius, vir summæ virtutis, venisset ad eum Sardis, eiqve dona a fociis attulisset, & cæteris in rebus comem (communem) erga Lyfandrum atqve humanum fuisse, & ei quendam consecutum agrum, diligenter consitum ostendisse. Cum autem admiraretur Lyfander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atqve puram, & suavitatem odorum, qui afflarentur e floribus: tum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa & descripta; & ei Cyrum respondisse: Atqui ego omnia ista sum dimensus;

sus ; mei sunt odines , mea descri-
ptio ; multæ etiam istarum arborum
mea manu sunt factæ. Tum Lyfan-
drum , intuentem ejus purpuram &
nitorem corporis , ornatumque Per-
ficum multo auro multisque gem-
mis , dixisse : Recte vero te , Cyre ,
beatum ferunt ; quoniam Virtuti-
tuæ Fortuna conjuncta est ! *Lib. de
Senect.*

93. Gyges inducitur a Platone :
qui cum terra discessisset magnis
quibusdam imbribus , in illum hia-
tum descendit , æneumque equum
(ut ferunt fabulæ) animadvertit , cu-
jus in lateribus fores essent : quibus
apertis , hominis mortui vidit cor-
pus magnitudine inusitata , annu-
lumque aureum in digito ; quem
ut detraxit , ipse induit : (erat autem
regius pastor) tum in consilium pa-
storum se recepit. Ibi cum palam
ejus annuli ad palmam converterat ,
a nul-

a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat. Idem rursus videbatur, cum in lucem annulum inverterat. Itaque hac opportunitate annuli usus, reginae stuprum intulit, eaque adjunctrice regem dominum interemit, sustulitque quos obstare arbitrabatur: nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. Sic repente annuli beneficio Rex exortus est Lydiae. Hunc igitur ipsum annulum (addit Cicero) si habeat sapiens, nihil plus sibi licere putet peccare, quam si non habeat. Honesti enim bonis viris, non occulta quaeruntur. *III. Offic.*

94. Peripateticus ille Phormio dicitur, cum Hannibal Carthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venisset exul, proque eo, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset ab hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si vellet, audiret;

ret; cur
locur
aliquo
& de on
ceteri,
menter
ab Hann
illo Phil
nus, ne
libere
deliros
magis
dile ne
le inju
tius ar
Hann
rio cu
gentiu
homin
nunq
deniq
public
de re

ret; cumque is se non nolle dixisset, locutus esse dicitur homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, & de omni re militari. Tum cum cæteri, qui illum audierant, vehementer essent delectati, quærebant ab Hannibale, quidnam ille ipse de illo Philosopho judicaret? Hic Pœnus, non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur, Multos se deliros senes sæpe vidisse; sed qui magis quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Neque me hercule injuria; quid enim aut arrogantius aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum populo Rom. omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui nunquam hostem, nunquam castra vidisset, nunquam denique minimam partem ullius publici muneris attigisset, præcepta de re militari dare? *II. de Orat.*

95. Laër-

95. Laërtes Tolumnius, Rex Ve-
 jentum, quatuor legatos populi Ro-
 mani Fidenis interemit; quorum
 statuae in Rostris steterunt usque ad
 nostram memoriam. Justus honos:
 iis enim majores nostri, qui ob
 Remp. mortem obierant, pro brevi
 vita diuturnam memoriam reddide-
 runt. Cn. Octavii, clari & magni vi-
 ri, qui primus in eam familiam,
 quæ postea viris fortissimis floruit,
 attulit consulatum, statuam vide-
 mus in Rostris. Nam cum esset
 missus a Senatu ad animos Regum
 perspicandos, liberorumque popu-
 lorum, maximeque, ut nepotem
 Antiochi Regis, ejus, qui cum ma-
 joribus nostris bellum gesserat, clas-
 ses habere, elephantos alere prohi-
 beret; Laodiceæ in gymnasio a quo-
 dam Leptine est interfectus. Reddi-
 ta est ei tum a majoribus statua pro
 vita; quæ multos per annos proge-
 niem

niem eju
 ra fami
 Philipp.
 96. S
 teles, &
 mum C
 iter in M
 ras veni
 lia tum
 xandro
 minac
 pido it
 fuisse,
 ei visio
 juven
 valefo
 turum
 autem
 domu
 ita qui
 stoteles
 demu
 fecur

niem ejus honestaret, nunc ad tantæ familiæ memoriam sola restaret.

Philipp. IX.

96. Singulari vir ingenio Aristoteles, & pæne divino scribit, Eudemum Cyprium, familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse; quæ erat urbs in Thessalia tum admodum nobilis: ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu premebatur; in eo igitur oppido ita graviter ægrum Eudemum fuisse, ut omnes medici diffiderent: ei visum esse in quiete egregia facie juvenem dicere, fore ut brevi convalesceret, paucisque diebus interiturum Alexandrum tyrannū; ipsum autem Eudemum quinquennio post domum esse rediturum. Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta; & convaluisse Eudemum, & ab uxoris fratribus interfectum tyrannum. Quinto autem

d

anno

anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio in Cyprum illum ex Sicilia esse rediturum, praeliantem eum ad Syracusas occidisse: ex quo ita illud somnium esse interpretatum, ut, cum animus Eudemi ex corpore excesserit, tum domum revertisse videatur. *I. de Divinat.*

97. In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam, & secum aliquantum nummorum ferentem, est comitatus: cum hoc, ut ferre fit, in via sermonem contulit; ex quo factum est, ut illud iter familiarius facere vellent. Quare cum in quendam tabernam divertissent, simul coenare, & in eodem loco somnum capere voluerunt. Coenati discuberunt ibidem: caupo autem (nam ita dicitur post inventum, cum in alio maleficio deprehensus esset) cum illum alterum, videlicet qui nummos haberet, animadvertisset,

esset, noctu, postquam illos arctius,
ut fit, jam ex lassitudine dormire
sensit, accessit, & alterius eorum,
qui sine nummis erat, gladium pro-
pter appositum è vagina eduxit, & il-
lum alterum occidit; nummos ab-
stulit, gladium cruentum in vagi-
nam recondidit; ipse sese in lectum
suum recepit. Ille autem, cujus gla-
dio occisio erat facta, multò ante
lucem surrexit, comitem illum suum
inclamavit semel & sæpius; illum
somnia impeditum non respondere
existimavit. Ipse gladium & cætera,
quæ secum attulerat, sustulit; solus
profectus est. Caupo non multo
post conclamavit, hominem esse oc-
cisum, & cum quibusdam diversori-
bus illum, qui ante exierat, conse-
quitur; in itinere hominem com-
prehendit, gladium ejus e vagina e-
ducit, reperit cruentum: homo in
urbem ab illis deducitur, ac reus fit.

ll. de Invent,

d 2

98. A-

98. Aratus Sicyonius jure laudatur; qui, cum ejus civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus. Cumq; tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant ejus ætatis locupletissimi, restituit, remqve publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis & possessionibus difficultatem, quod & eos, quos & ipse restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur; & quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis æquum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emtionibus, multa dotibus detinebantur sine injuria, judicavit, neq; illis adimi, neqve his non satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. Cum igitur statuisset opus esse ad eam rem constituendam pecunia,

nia, Ale
dixit, re
suum ju
Ptolema
qui tum
driam o
ser, par
lamque
vir sum
grandi
cum Si
bi in c
pes, co
eorum
rum,
æstima
svadere
mallen
aliis,
rari fib
recupe
omne
qverel

nia, Alexandriam se proficisci velle dixit, remque integram ad reditum suum iussit esse: isque celeriter ad Ptolemaeum suum hospitem venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam; cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuisset, a Rege opulento vir summus facile impetravit, ut grandi pecunia adjuvaretur. Quam cum Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit & eorum, qui aliena tenebant, & eorum, qui sua amiserant; perfecitque aestimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent; aliis, ut commodius putarent numerari sibi, quod tanti esset, quam suam recuperare. Ita perfectum est, ut omnes constituta concordia sine querela discederent. *II. Off.*

d 3

99. C.

99. C. Canius, eqves Romanus, nec infacetus & satis literatus, cum se Syracusas otandi, ut ipse dicere solebat, non negotiandi causa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellationibus posset. Quod cum percubisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit, venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: & simul ad coenam invitavit in posterum diem. Cum ille promississet, tum Pythius, qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus, piscatores ad se convocavit & ab iis petivit, ut ante hortulos suos postridie piscarentur, dixitque, quid eos facere vellet. Ad coenam tempore venit Canius: opipare paratum erat convivium, cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque,

que, quod ceperat, afferebat, ante
pedes Pythii pisces abiciebantur.
Tum Canius, Quæso, inquit, quid
est hoc, Pythi, tantumne piscium?
tantumne cymbarum? Et ille, Quid
mirum, inquit; hoc loco est, Syra-
cusis quicquid est piscium: hîc aqua-
tio: hac villa isti carere non possunt.
Incensus Canius cupiditate, conten-
dit a Pythio, ut venderet. Gravate
ille primo: quid multa? impetrat.
Emit homo cupidus & locuples tan-
ti, quanti Pythius voluit, & emit in-
structos: nomina facit, negotium
conficit. Invitat Canius postridie fa-
miliares suos: venit ipse mature:
scalmum nullum videt. Quærit ex
proximo vicino, num feriæ quædam
piscatorum essent, quod eos nullos
videret. Nullæ (quod sciam) inquit
ille: sed hîc piscari nulli solent: ita-
que heri mirabar, quid accidisset.
Stomachari Canius. Sed quid face-
d 4 ret?

ret? Nondum enim Aquilius protulerat de dolo malo formulas: in quibus ipsis, cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus? respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum. *Ibid.*

100. Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium, sæpe audistis. Est ita, ut dicitur: nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari, præclaro ad aspectum; & portus habet prope in ædificatione aspectuque urbis inclusos; qui cum diversos inter se aditus habeant, in exitu junguntur, & confluunt. Eorum conjunctione pars oppidi, quæ appellatur *Insula*, mari disjuncta angusto, ponte rursus adjungitur & continetur. Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur; quarum una est ea, quæ dixi, *Insula*, quæ duobus portibus

tibus ci
ostium
qua dor
fuit, q
sunt æ
quæ lo
næ una
advent
hac in
dulcis
credib
pisciu
nisi tr
mari
est ur
dina
pulch
mum
curia
Olym
una
tran
con

tubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque projecta est; in qua domus est, quæ regis Hieronis fuit, quæ prætores uti solent; in ea sunt ædes sacræ complures, sed duæ, quæ longe cæteris antecellunt: Dianæ una; & altera quæ fuit ante istius adventum ornatissima, Minervæ. In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium; qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum a mari disjunctus esset. Altera autem est urbs Syracusis, cui nomen Acradina est; in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum prytaneum, amplissima est curia, templumque egregium Jovis Olympii, cæteraque urbis partes, una lata via perpetua, multisque transversis divisæ, privatis ædificiis continentur. Tertia est urbs, quæ
d s quod

quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, *Tyche* nominata est; in qua & gymnasium amplissimum est, & complures ædes sacræ; coliturque ea pars, & habitatur frequentissime. Quarta autem est urbs, quæ, quia postrema ædificata est, *Neapolis* dicitur: quam ad summam Theatrum est maximum: præterea duo templa sunt egregia, *Cereris* unum, alterum *Liberæ*; signumque *Apollinis*, qui *Thesmotes* vocatur, pulcherrimum & maximum.

Verr. VI.



HISTO-

HISTORIAE
BIBLICAE

ex

GEORGII FABRICII
Chemnicensis

Historiarum Sacrarum Libris
IV prioribus selectæ.

I. *ADAMVS.*

ADam primus homo, e limo ter-
ræ, verbo Dei creatus, motu
Spiritus Sancti animam accepit vi-
uentem: quæ non solum in hoc
mundo degeret, sed gloria etiam
Dei (*sive gloria piis a Deo parata*)
in cœlis frueretur. Conditus ad ima-
ginem Dei atque æternitatem, & to-
tius orbis terrarum factus Rex atque
dominus, animantes numerat atque
nominat, factam ex se mulierem
d 6 statim

statim agnoscit; cum quæ in rerum omnium copia & felicitate vivens, diaboli fraude & ejus svasu deceptus, Dei mandatum violat, eumque iratum nuditate perspecta fugit & averfatur: verum a Deo ipso revocatus, peccatum agnoscit & deplorat, & ipsius clementia plenam consolationem accipit, edita promissione illustri de semine mulieris, caput serpentis veneficum seculis futuris omnibus contrituro. Ejectus autem possessione horti uberrimi, labores injunctos patienter tolerat; & quamvis miseriis omnibus tota vita, & deinceps morti esset obnoxius, tamen spem promissione divina non abjicit, & in Ecclesia ad patrem usque Noæ, annis nongentis & triginta de Filio Dei docet, suosque posteros ad spem immortalitatis & vitæ æternæ erigit atque animat. A Deo bona promissa & ipse fide complectens, & alios

& alios
instrue
servatu

2.

Eva
costa,
ornata
nis, i
ad vi
ra De
lium
adju
tam
imp
ac p
a Co
vero
Hæc
obit
carp
riga
alpe
tus

& alios ea sapientia de cœlis profecta
instruens, cum posteritate credente
servatur.

2.

EVA.

Eva e viri dormientis latere atqve
costa, Dei manu virgo producitur,
ornataqve specie eximiae pulcritudi-
nis, ipso Deo auctore & pronubo,
ad virum deducitur. Dos fuit, ve-
ra Dei agnitio & integritas: domici-
lium, amœnissimus hortus, & huic
adjunctum in omnes res conditas,
tam animatas, quam non animatas,
imperium: victus, arborum fruges,
ac plantulae salubres: & monstratus
a Conditore fonticulus: amictus
vero innocentiae & sanctitati nullus.
Hæc blanditijs diaboli inducitur, ut
oblita mandati arboris vetitæ pomū
carpat, idemq; viro gustandum por-
rigat. Sua igitur temeritate viro victū
asperum & sudores, sibi dolores par-
tus & servitutum peperit; omnemq;

d 7

poste-

posteritatem secum perdidit; mortemque in hominum genus miserima introduxit. Excitata autem ab ipso Deo ad spem salutis atque vitæ, etiamsi dote amplissima & bonis ingentibus spoliaretur, omnes tamen vitæ difficultates & longævitatæ ærumnas sustinet precibus & patientia.

3.

CAINVS.

Cainus primus ex homine homo natus, parentum singulare gaudium, in adolescentia agrum colere coepit, multoque sudore & molestia victum quæritare. In studiis pietatis negligens, & maxima quæque sibi pollicitus, cum fide non sincera Deo munera offerret, est illi frater divino testimonio antepositus. Quamobrem ira & odio exardescit, & de necando Abele tacite secum cogitat; quem blando sermone in agrum pelli-

pellicis
nis reve
cat. A
precatu
conscie
despera
que pa
terris se
nionu
risque
Deum
veritu
tander
per in
fectus
& fili

4.

Ab
fus qu
tur a
recte
verifi

pellicit, nullaque pietatis & sanguinis reverentia habita, furtim obtruncat. Accusante ipsum Deo, non deprecatur, sed superbe respondet, & conscientia excita vexatus, ruit in desperationem, & a facie conspectuque parentum fugiens, incerta in terris sede vagatur, incertoque opinionum turbine a parentum fratrisque ecclesia discedens agitur: Deum non ut conditorem suum reveritus, sed ut tyrannum averfatus: tandem a suo trinepote Lamecho per imprudentiam perhibetur interfectus, caput ecclesie hypocritice, & filiorum seculi imago efferata.

4. ABEL.

Abel apud parentes minus gratus quam Cainus, respicitur & curatur a Deo: de cujus promissionibus recte sentit, eisque toto animo ut verissimis assentitur. Adolescens opilio

pilio factus est, gregisque primitias Deo gratus obtulit, non ut placeret (*placaret*) sacrificio, sed ut Deum honoraret obedientia. Deus cum Abelem fide humilem probaret, Cainum propria justitia tumentem averfaretur, primæ inter fratres de sacrificiis, & placando Deo disputationes sunt exortæ: quas cum tantum ad verba promissionis, non ad iudicium rationis Abel referret, acerbum in se fratris odium concitavit; cui irato & furioso etiamsi cum periculo resisteret, tamen vitam profundere maluit, quam veritatem in promissionibus Dei relinquere indefensam. Quamobrem per fidem mortuus adhuc loquitur, estque sub lege adhuc primum novi testamenti membrum, a quo prima vox martyrii edita, in coelis exauditur.

5. SE.

f.
Seth
ximur
tium fi
de, al
tu rec
delecta
omner
secur
prom
pagan
discip
tus, a
Vixit
cim,
lus ex
tur,
fensor
nascen
ecclesi
mera

J. SETHVS.

Sethus tertius Adami filius, maximum parentis afflictissimi solatium fuit. Cum enim alterum cæde, alterum fuga amisisset, hujus ortu recreatus mirifice est, & magis delectatus, eò quod, cum Cainus omnem potentiam contumaciter & secure contemneret, & contraria promissioni divinæ dogmata propagari a suis pateretur, hic Sethus disciplina patris sanctissima imbutus, a verbo Dei puro non recessit. Vixit annos nongentos & duodecim, & post Abelem & Cainum solus ex Adami filiis nomine exprimitur, quia solus promissionis defensor acerrimus, & caput ecclesiæ nascentis fuit. Inter viros primæ ecclesiæ laudatissimos merito numeratur.

6. ENOS.

6.

ENOS.

Enos filius Sethi, ea, quæ de Deo ab avo atque patre intra parietes didicerat, extra domum longius extulit, & cum multis aliis communicavit. Videns enim ecclesiæ Cainicæ magnitudinem & profanitatem, de Messia venturo, de sacrificiis, de vera invocatione, de vita cœlesti & beata, non modo suam instituit familiam, verum etiam in vicinia conventus egit, veros ritus docuit, iis contrarios refutavit: tum Cainicæ vanitati & hypocrisi, doctrinam promissionis certam & incorruptam opposuit, contraque diaboli furores, & hostium adversantium potentiam, cœpit invocare nomen Domini. Vixit annos nongentos & quinque.

7.

ENOCHVS.

Enochus Jaredi filius, trinepos Sethi, doctor ecclesiæ veræ, & propheta

pheta
rupelis
simplici
in falso
vere in
factum
prehens
plici m
exemp
ni, &
etiam
& de
centia
sermo
nem
cator
tegre
verfar
jam
morte
re ad
tur:
licto

pheta excellentissimus, nullis corruptelis abduci, aut potentia flecti a simplicitate verbi Dei potuit. Ideo in falsos promissionis interpretes severe invehitur, omnemque mundi fastum & securitatem liberrime reprehendit. In concionibus suis duplici modo impios terruit: cum exemplis presentibus, ut exilio Caini, & poenis aliorum; tum vero etiam minis futuri iudicii, in quo & de factorum protervitate atque licentia, & de doctrinae corruptione sermonibusque blasphemis, rationem sint Deo reddituri omnes peccatores impii. Cum sincere & integre coram Deo in suo munere versaretur, sola ei fide placuit, & jam e vivis excessurus, per fidem mortem non sentit; sed ipso corpore ad vitae melioris gaudia transferatur: exemplo manifesto posteris relicto, alias superesse sedes, in quibus ipsi

de Deo
veritas di-
gnus ex-
omni-
e Caini-
tatem,
is, de
lesti &
tuit fa-
vicinia
ocuit,
amica
trinam
rupram
furores
entiam,
imi. Vi-
nque.

trinepos
, & pro-
pheta

ipsi vita svavi & quieta perpetuo sint
fruituri.

8. *LAMECHVS impius.*

Lamechus filius Methusaelis, de
Caini stirpe membrum ecclesiae hy-
pocriticae. Cum publice contami-
nata esset ab ipsius majoribus salu-
taris doctrina, ipse quoque domesti-
cam violat honestatem, duorumque
animorum conjunctionem, quam
inter virum atque feminam Deus
constituerat, in plures amores di-
vulgat, primusque uno tempore,
contra decretum divinum, duas u-
xores petulanter ducit. Filii ejus,
homines ingeniosi, & voluptatibus
inescati, ac quaestui servientes, in-
strumenta musica, & artes fabriles
varias, & apparatus ciborum ex-
cogitarunt. Lamechus tandem tri-
tavum suum Cainum jaculo traje-
cisse incautus dicitur: cujus caedis
atroci

atroci
formidi
portun
est: ne
suam u
rum q
tere.

9. I

Lar
pos E
lium
una c
tem
sum
rum
stanc
vener
glect
verbi
temp
runt
nulla

atroci dolore, & poenæ imminentis formidine vexatus, uxoribus importunus, & in familiam crudelis est: nec vitam aut incolumitatem suam ulli hominum, ne propinqorum quidem, ausus fuit committere.

9. *LAMECHVS pius.*

Lamechus filius Mathusalæ, nepos Enochii. Patre nemo mortalium vitam vixit longiorem; avus unâ cum corpore ad immortalitatem migravit. Lamechus digna summorum virorum proles, in eorum rectis vestigiis ambulavit constanter, pariter spiritu prophetico venerabilis. Ejus temporibus, neglectione promissionis & veritatis verbi Dei, audacia scelerum, & intemperantia libidinum, adeo fuerunt aucta, ut locus emendationi nullus foret. Quapropter in seculi depra-

depravati impunitate, vitam duxit acerbe; nec prius animo acquievit, quam natus sibi esset Noa filius: quem generi humano novum fore solatium putavit. Vixit annis septingentis septuaginta septem.

10. *NOA.*

Noa Deo charus, mortalium miserimus, quo nemo contemptum Dei majorem & magis nefarium conspexit: homines enim coram Deo corruptissimi, filii Dei coram hominibus haberi volebant: specie & simulatione sancti, amore metuque Dei plane vacui. Ante diluvium ægro animo fert impii Lamechi libidinem, insolitam hominum levitatem & lasciviam, gigantum immanium ferocitatem, vulgi perditissimam licentiam. Post diluvium perfert ludibrium Chami filii, tyrannidem experitur Nimrodi, averfatur teme-

temerit
deplora
exhorre
Justicia
tem v
non fo
etiam
scenfo
dem n
vestem
mniu
orbis
navig
pro
poste
tia d
rursu
terem
instit
cit; &
ad ex
nacu
quin

temeritatem ædificantium turrim,
deplorat confusionem lingvarum,
exhorrescit dissipationem gentium.
Justitiæ Dei fidelis præco calamita-
tem venturam impiis denunciatur,
non solum verbo & doctrina, verum
etiam exstructione navigii, quo con-
scenso cum uxore, tribus filiis, toti-
dem nuribus, contuetur iram cœ-
lestem, & rerum conditarum o-
mnium interitum, ac supra ruinas
orbis terrarum, annum integrum
navigat. Inde egressus, aram Deo
pro salute sua extruxit, & pro tota
posteritate accipit signum clemen-
tiæ divinæ, arcum cœlestem. Agrum
rursus colit, & plantat vineas, ve-
terem quoque legem connubiorum
instaurat, novam de homicidio sancit;
& de venturo Liberatore usque
ad extremum vitæ spiritum concio-
natur. Vixit annos nongentos &
quingenta, qui & prioris mundi
amœ-

amoenitatem & lætitiã admiratus est, & alterius undis dilacerati vastitatem & miseriam ingemuit.

II. CHAMVS.

Chamus filius Noæ, natu minimus, turpis apostata, & homo facinorosus, cernens patrem suum vino obrutum, & corpore nudato jacentem, ad irridendum ipsum fratres suos advocat: sese efferens & prædicans, senis doctoris atque patris vitio & imbecillitati insultans. Itaque cum peccasset superba libertate, servum se facit merito crimine. Audito ejus scelere pater, ira justa inflammatus, posteritatem ipsius devoverit, & servituti fratrum perpetuæ addidit. Gens Chananæa, ab ipso oriunda, ita postmodo deleta est, ut nec agris, nec urbibus, nec pecoribus, nec hominibus, nec solo denique ipsi parceretur. Hic plagam, meridiem

diem va
magni i
ptii, Nu

12.

Japh
lius, pe
errori g
itaque
frantes
possess
rum,
Ab ipsi
licofac
Graci
ri del
te & S
xerunt

13.

Ser
que o
est, n

diem versus inhabitavit, & ab eo magni illi populi, Æthiopes, Ægyptii, Numidæ, Mauri sunt deducti.

12. *JAPHETVS.*

Japhetus Noæ maximus natu filius, patrem senem reveritus, ejus errori ignoscit, & imbecillitati parcat. Itaque pietatis suæ fructus tulit præstantes, locum in Ecclesia Dei, & possessionem terrarum amplissimarum, & dilatationem promissionis. Ab ipsius posteritate gentes hæ bellicosæ, Medi, Scythæ, Sauromatæ, Græci, Thraces, Germani, Itali, Iberi descendunt, qui sedes in Occidente & Septentrione potentissimas fixerunt.

13. *SEMVS.*

Semus alter Noæ filius, Dei patrisque observans, fratri majori auctor est, ne dedecus patris, in quod im-

e prudens

prudens senex inciderat, exagitet. Itaque ad nudum ambo, Semus & Japhetus, facie averſa accedunt, & pallio ſuperinjecto, ipſum velant. Noa a vino ſomnoque experrectus, facto filiorum cognito, optima precatur Semo, Dei cultori, & ejus benedictionis facit participem Japhetum. In Chamum autem diras jactit, & ſervum fore fratrum reliquorum prædicit. Chami hæreditas, ſolum videlicet Chanaanæorum, tandem poſteris Semi traditur, qui in eo ſedem eccleſiæ & regni conſtituerunt. Ab ipſo Semo populi Orientales, homines ſapientiffimi, Chaldæi, Aſſyrii, Perſæ, Syri, Armenii, Phœnices, Bactriani ortum trahunt: inter quos populos Eccleſia Dei longo tempore hoſpitiũ habuit. **Vixit Semus annos ſexcentos.**

14. NIM-

14. NIMRODVS Tyrannus.

Nimrodus Chusi filius, Chami nepos, vir audax & strenuus, Babylonem ædificat, armaque ad subjugandos alios primus capit. Parentum enim auctoritate neglecta, quæ mitissima dominatio fuit, omnis honestas & gravitas inter homines concidebat, crescebatque scelerum & flagitiorum impunitas. Ideo Nimrodus vi obedientiam extorquet, & pœnis statuendis dominatum contra rebelles occupat. Dicitur, sermone multitudinis, venator coram Deo, quia violentus & injurius erat, & ad agendum secundum suas leges, minus potentes sine respectu atque discrimine cogebat. Ab eo initia facta sunt Monarchiarum, quas Deus texit, ut in iis maneret aliquis Ecclesiæ nidulus, qui præsentia Dei defenderetur, etiamsi servitute variisque arumnis inter imperia sæva &

e 2 super-

superba homines innocentes & pii
premerentur.

15. ABRAHAMVS.

Abrahamus e patria Chaldaea, vocatu Dei, in oras ignotus proficiscitur, & ex idololatra pater fit creditum: cui Deus inter multas exiliorum ærumnas aliquoties promissionem repetit, de ipsius videlicet semine eum proditurum, in quo sint benedicendi omnes populi terrarum: ad quam confirmandam, terra illi Chananæa promittitur, non ut sedes firma & perpetua, sed ut hospitium Christi nascituri: foedus quoque circumcisionis cum eo sancitur, non ut iustitia coram Deo, sed ut iustitiæ fidei signaculum. Vxorem habet annis & sterilitate emortuam; & ipse decrepitus, filium ex ea miraculose editum iubetur occidere; & Dei mandato obtemperasset.

set, nisi fuisset ab Angelo prohibitus. In Chananæa, excepto sepulchro in-
quolino, nihil proprium possidet:
tamen sub spe contra spem credit,
& quæ non videt, statuit præsentia,
Deumque veracem esse & omnipo-
tentem sibi certissime persuadet. Ser-
vatur a Deo inter Chaldæos, Mesopo-
tamios, Chananæos, Palæstinos &
Ægyptios: Angelos vitæ custodes, &
mensæ suæ convivas habet: Reges
Babylonis, Assyriæ, Persiæ & Ciliciæ,
ad alterum Jordanis fontem cum
manu servorum exigua spoliat: po-
pulo Sodomæo libertatem, fortunas,
patriam restituit: parta de hostibus
victoria, bonorum suorum decimas
liberaliter offert, & lætitia gratulan-
tis sibi regis & sacerdotis triumphat.
Discedentibus a se duobus Angelis
convivis, cum Dei filio loquitur,
eique pro urbibus perdendis sexies
supplicat: homo Dei quasi intimus,
e 3 pater

pater magnus plurimarum gentium, vir ante alios omnes gloria insigni præstans: gestivit videre adventum Messiae; fide vidit, & spe sua lætatus est. A duobus filiis in Hebronæ, anno ætatis centesimo septuagesimo quinto, cum honore sepelitur. Filios Abrahamæ Scriptura usque ad finem mundi eos nominat, qui Dei promissionibus credunt.

16.

SARA.

Sara uxor Abrahami, patria dulci & propinquis optatissimis relictis, virum sponte in exilium sequitur: propter eximiam formam bis rapta, semel in Ægypto, iterum in Palæstina: deducta in regia gynæcea, Deo custode, salva pudicitia restituitur. Ancillam propter spem promissionis marito despondet, prolis causa: sed eam suscepto filio superbientem, domo exigit. Ipsa tandem præter natu-

naturam
vaticini
non fuit
no ætat
tronar
xus fuit
riti ob
num f
omni
Paulo
sue ty
plum
tur, ne
tu pla
te, h
anno
prim
norifi
17.
Lo
pos,
mi o

naturam fide filium parit, Deique vaticinium, quod riserat, vanum non fuisse comperit, mater facta anno ætatis nonagesimo. Decus matronarum, propter pietatem: & sexus sui ornamentum, propter mariti observantiam: quem ut dominum suum nullo loco deserit, ita omni tempore colit & veneratur. A Paulo Apostolo credentium & Ecclesiæ typus prædicatur: a Petro exemplum omnibus mulieribus proponitur, ne magis auro, cincinnis, vestitu placere studeant, quam sanctitate, lenitate & beneficentia. Obiit anno ætatis centesimo vigesimo septimo; quam maritus luxit, & honorifice sepelivit.

17. *LOTHVS.*

Lothus filius Haranis, Tharæ nepos, Saræ frater, patruī sui Abrahami comes individuus, bona cum eo

malaque tolerat. Auctus gregibus & armentis, propter fervorum importunitatem & loci angustiam, regionem ad pabula ampliolem quaerit, & in agro Sodomæ latissimo confidet. In ejus urbis direptione ab Assyrio regibusque sociis captus, patris virtute reducitur. Sodomæorum ausu & procacia crescente, videndis audiendisque eorum facinoribus excruciat quodotidie. Angeli duo, qui ab ejus patre discesserant, apud eum divertunt: vitam ipsius, pudicitiam conjugis & filiarum tuentur, civibus excidium imminens prædicunt. Ipse cum suis manu Angelorum educitur incolumis: bona ejus omnia incendio communi conflagent: uxor contra mandatum respiciens in statuam vertitur: oppido Zoari propter ipsum parciatur: factis filiarum stulto tota ætate sua excarnificatur, & vitio atque errore

rore su
fidei tot
hoc Moa
nis Ebra
creantur

18.

Agar
mi serv
thalan
lium.
herari
ageren
nem a
tes ea
nit, &
rat.
filium
& fug
tentia
ciar: v
filium
bore

rore suo exemplum timoris atque fidei toti posteritati relinquit. Ab hoc Moabitæ, & Ammonitæ, nominis Ebræi hostes sempiterni, procreantur.

18. *AGAR ancilla.*

Agar Ægyptia in domo Abrahami servit servitutem, juncta domini thalamo procreat ei Ismaëlem filium. Cum autem ancilla adversus heram, verna contra filium herilem, agerent proterviùs, sibi promissionem arrogantes, detrahere studentes eam Isáaco, Deus arbiter intervenit, & expelli ex ædibus ambos curat. Agar ab Angelo in fuga consilium, in exilio solatium accipit: qui & fugitivæ svadet reditum, & de potentia nascituri filii optata denunciât: vaganti in solitudine, ne perire filium inedia cerneret, quem sub arbore abjecerat, aquæ fontem de-

monstrat. Domus Abrahami hospitium Angelorum fuit, qui cum ipso, cum conjugē, cum ancilla sunt locuti. Huic ancillæ & ejus filio populus legis a divo Paulo comparatur.

19. ISMAEL.

Ismaël e serva filius Abrahami, cui hoc nomen Deus imposuit. Adultus cum insolesceret, hæreditate injuste quæsita excidit, & e domo patris divino permisso ejicitur: abundantia tamen bonorum fortunarumque non caruit. In deserto expositus a matre, plorans exauditur a Deo, & Angeli præsidio conservatur. Adolescentiam in montibus & sylvis Arabiæ transigit, donec ex Ægypto uxorem duceret, e qua Principes duodecim generat: alius robore & audacia formidabilis, ipse nullius metuens vires aut potentiam.

Ad

Ad pa
funus e
Ab hoc
stea Cha
rimi, S
glorian
adversa
deles M

20. A

Abi
in Ger
hami,
rem e
liam
gnito
mora
ne sin
reddic
mis,
Rex
prop
offen

Ad patris ecclesiam se adjungit, & funus ejus unà cum fratre procurat. Ab hoc Midianitæ & Arabes, & postea Christiani nominis hostes acerrimi, Saraceni, ducere se profapiam gloriantur, & religionem Christianæ adversam defendunt, discipuli cru- deles Mahometi.

20. *ABIMELECHVS Rex.*

Abimelechus Rex Palæstinorum in Geraris, primùm uxorem Abrahami, deinde Isaaci, utriusque sororem esse arbitratus, in suam familiam transtulit: sed errore suo cognito, maritis sine infamia atque mora, non tamen sine exprobratione simulationis & silentii noxii, eas reddidit. Tempore difficillimo famis, hospes & nutritor ecclesiæ hic Rex mansit; & quia a servis suis, propter obrutos & ademptos fontes, offensi viri sancti erant, ne injuriam

vindicarent, cum utroque pro se suisque posteris, foedus religiose sanxit. Deum in somnio habuit concionatorem.

21. *ISAACVS.*

Isaacus e corporibus emortuis, præter naturæ atque ætatis rationem & ordinem nascitur: in adolescentia patri suo Abrahamo usque ad jugulum paret, & impositus rogo vibratum in cervices suas acinacem non expavescit. Promissiones a Deo non minus amplas, quam pater accipit; sed cum esset in solo promissio hospes, fide declaravit, aliam se patriam certiolem & beatiorem expectare. In Geraris habitantem, Rex Abimeleclus invidiâ, regii ministri injuriâ expellunt. Privatam vero quietem illi turbant, Esavus filius importunus, & Hethæe impiæ nurus: ad quas acerbitates accessit in pere-

pereg
neclure
e Mefo
illi quic
& prop
tristiti
Rache
mente
in pat
no æ
Hic
propo

22.

R
tis &
obfec
rand
Dei:
vigin
de a
que
num

peregrinatione sedes incerta, in senectute cæcitas, Reditus filii Jacobi e Mesopotamia, cum nuribus piis, illi quidem solatium attulit, sed mox & propter nepotum flagitia affectus tristitia fuit: & propter orbitatem Rachelis, & raptum Josephi, vehementer doluit. A filiis suis duobus in patrio monumento conditur, anno ætatis centesimo & octogesimo. Hic typus electionis & salvationis proponitur a Paulo.

22. *REBECCA.*

Rebecca uxor Isaaci, multæ virtutis & formæ luculentæ virgo: domi obsequendo parentibus, & rem curando familiarem, vixit in timore Dei: juncta viro, cum fuisset annos viginti sterilis, mariti precibus & fide ardente prolem impetrat, unoque partu gemellos enititur. Divinum autem attente observans oraculum

culum, (gravida enim Dominum consuluerat) a natu majore filio primatum & benedictionem astu fraudulento avertit. Hæc matrona optima virum senem & cæcum curavit fideliter, filium periclitantem servavit pie, nurus acerbas longoculit tempore moderate, familiam copiosam gubernavit prudenter; suæ domus columen, & totius ecclesiæ lumen.

23. *ESAVVS.*

Esavus Isaaci filius, corpore pilosus & rufus, ideoqve Edom cognominatus: moribus truculentus & vehemens, studiis venator & agricola, victu luxuriosus & vorax. Patris animum simulatione ita sibi devinxit, ut ipsi esset carissimus. Rediens ex agro pulverulentus & fessus, primatum sacerdotii atqve regni, hominis profani & impuri animo vendit,

dit,
gurit
crymis
recipit.
odio,
conten
connu
ægrimo
aliam
filiam
tat su
fratre
neribu
dem
Char
ca m
gens
per i
parav
24.
Jo
Nach
Jud

dit, & pro abjecto pulmento abligurit: ad honores ereptos cum lacrymis adspirans denuo, eos non recipit. Frenuens indignatione & odio, fratri mortem minatur; in contemptum matris filias gentilium connubio jungit, patris cæci auget ægrimoniam, ad quem leniendum aliam sibi uxorem quærit, patruus sui filiam: in familia parentum imperitat superbe, & cum maleficio. A fratre redeunte e Syria, placatur muneribus, cui pacificus occurrit, & eidem locupletato, sedem relinquit in Chanaanæ: Ipse fugatis Horræis, loca montana Seiris vi occupat, a quo gens Idumæorum, populo Dei semper infesta, nomen atque opes comparavit.

24.

JOBVS.

Jobus e posteritate, ut alii volunt, Nachoris, ut alii, Esayi, inter Idumæos

mæos infideles innocenter, inter Vitas impios sine reprehensione vivit. Oculus cæcorum, pes claudicantium, tutor pupillorum, pater pauperum. Privatatur uno die liberis universis, ruina domus: spoliatur per Arabes & Chaldaeos omnibus pecoribus & jumentis. Traditus Sata-næ vexandus, ulcere tetro & pruriente, toto corpore affligitur, oppressusque immensis & animi & membrorum doloribus, subsannatur ab uxore, exagitur ab amicis. Inter mala tot tantaque vincitur quidem nonnihil impatientia, sed absolvitur divino judicio, quia malitiam diaboli superbam fide humili superabat. Exemplum integritatis & perseverantiæ proponitur Ecclesiæ, a Prophetis atque Apostolis. Tandem ærumnarum liber & vacuus, Deo propitio, ea bona, quæ amiserat, dupliciter recipit, & sub

bole

bole fo
men
prior
viveba
mund

2).

Lab
homo
callidi
lucro
nullo
filium
pter f
legit
& in
fraud
tris, a
nes in
fratru
Cos o
mos
juber
fugit

bole formosiore augetur, non tamen, ut in ceteris bonis, duplicata; prior enim in Dei adhuc manibus vivebat, quamvis fuerat extincta mundo.

25. LABAN.

Laban Syrus, Jacobi avunculus, homo turpis avaritia, abominandus calliditate, improbus perfidia; nullo lucro satiatur, nulla copia expletur, nullo beneficio mitigatur. Sororis filium greges suos curantem, propter fidem & diligentiam, generum legit, eumque & in collocanda filia, & in mercede numeranda semper fraudat. Abiecta agnati, soceri, patris, avi affectione, amitinos & affines inter se committit: deinde etiam fratrum & sororum animos conjunctos distrahit. Jacobus ab eo plurimos annos despiciatui habitus, Deo jubente, furtim cum sua familia aufergit: quem socer turris armatis per-

persequens, retracturus ut mancipiū
erat, nisi monitu Dei cohibita fuisset
præceptis infania. Post acerbis expo-
stulationes foedus inter se ferunt, &
exstructo aggere in monte Gileado, in
perpetuum illius vinculi testimoniū,
locum novo nomine designant.

26.

LEA,

Lea Labanis impiū honesta filia,
amitino suo Jacobo astute est conci-
liata, fraudulente tradita. Hæc
propter lippitudinem minū chara
marito, propter fœcunditatem foro-
ri invisa est. Ipsa vero minime mo-
rosa aut querula, a matronæ patien-
tis & modestæ officio non recedit,
contemptumque & invidiam fert sub-
misse. Mortua ad tumulos Saræ &
Rebeccæ colligitur. Mater Judæ fuit,
a quo & tribus peculiaris, & tota
gens Judæa appellatur; & ex ejus san-
gvine atque stirpe tandem Messias
Christus nascitur.

27. RA-

27.

Rac
cie & mo
pecoris
ad spectu
pro ipsa
In matr
ret. diu
dem Do
præclar
marito
lacræ &
mento
eludit a
riculo.
lehem
nere mo
loco &
posuit
cum fau
bus, ut
lis & Le

27. RACHEL.

Rachel filia altera Labanis, & facie & moribus puella præstantissima, pecoris paterni custos. Hanc primo adpectu Jacobus amare incipiens, pro ipsa annis servit quatuordecim. In matrimonio, quod sorori invideret, diu est infœcunda: sed ipsius tandem Dominus misertus, eam filio præclaro ornat. E domo patris cum marito clam discedit, & ejus simulacra & penates asportat, & commento muliebri eos investigantem eludit ac moratur, non sine vitæ periculo. Migrans e Bethete in Bethlehemam, partus difficultate in itinere moritur: cui conjux eodem in loco & lacrymas dedit & titulum posuit. Invaluit mos apud Ebræos, cum fausta precaturi essent nubentibus, ut felicitatem sororum Rachelis & Leæ precarentur.

28. JA-

mancipi
dita nulli
bas exp
erunt, &
ilendo in
rimoniū
nant

ra filia,
t conti
Hac
chara
u soro
me mo
e patien
recedit,
fert sub
s Saræ &
udæ fuit,
& tota
x ejus fan
m Mellis
27. 11.

28. JACOBVS.

Jacobus Isaaci filius, homo placidus & simplex, observans Dei, suorum amantissimus. A fratre securo jus primatus emit, & sedulitate matris benedictionem consequitur. Mirum hic Patriarcha ecclesiae exemplum. Pulsus domo, fratris sui minis, noctu in agro dormiens, conspectu Dei fruitur: pressus servitute ab avunculo soceroque, Deum sibi praesentem esse sentit: revertens in patriam cum ipso Deo luctatur & vincit: in quo certamine luxatur femore, sed triumphat fide: in suis itineribus non semel agmina Angelorum obvia habet. Vir Deo tam charus, ac prope familiaris, luget uxorem Rachelem ereptam morte, Bilham ignominiâ. Deplorat filiae Dinæ violentum stuprum, filiorum Simeonis & Levi saeva homicidia, Rubenis

benis &
 mniun
 sceleratu
 cecitate
 vinculis
 minis.
 sus & fa
 In exter
 ge, hono
 Confect
 nepotib
 reis, bo
 ritur an
 gesimo
 gnifice
 renter a
 que mo
 quibus
 rum lu
 amplissi
 Dei filio
 mine.
 tens se

benis & Judæ turpes incestus , omnium simul in vendendo fratre sceleratum odium. Cruciatur patris cæcitate, obitu Leæ, raptu Josephi, vinculis Simeonis , orbitate Benjaminis. Ad extremum inedia prefusus & fame , migrat in Ægyptum. In externa provincia amatur a Rege, honoratur a plebe, alitur a filio. Confectus senio, filiis suis & duobus nepotibus ventura prædicit, dira reis, bona precatur melioribus. Moritur anno ætatis centesimo quadragésimo séptimo, transportatur magnifice ab Ægyptiis: suscipitur reverenter a Chananæis, & ad avi patrisque monumenta colligitur, cum quibus de nascituro Messia ex ipsorum lumbis, promissiones lætas & amplissimas audiverat, in quibus Dei filius Silo appellatur, novo nomine. Vnde Deus ipse omnipotens se Deum Abrahami, Isaaci & Jacobi

Jacobi nominat, cum suam magnificentiam & veritatem hominibus vult declarare. Hic vir ex iis unus est, qui ærumnas maximas pertulerunt fide, superarunt patientia.

29. JOSEPHVS.

Josephus Jacobi & Rachelis filius, curæ quidem & solatio patri, sed fratribus odio tædioque fuit. Erant in eo dona excellentia, fides, pietas, scientia divinandi, obedientia, castitas, patientia. A Deo, cujus amore sincero flagrabat, in nullo vitæ periculo destituitur. Sapientia enim Dei eum liberat ab impiis fratribus, consolatur in cisterna, extollit in servitute, custodit a proterva domina, honestat in penuria, exhilarat in vinculis. Mente cognoscit magna & præfaga, se fore suorum aliquando principem atque altorem. In carcere Ægyptiaco aulicis captivis

vis even
barbarum
Deo doc
struit: p
Ægypti
& auro,
cum a R
curam ac
gestimo.
superbic
dini pro
rem ali
provincia
verissim
clor, op
orname
tum: C
in carcer
tati in di
fratribus
linquit:
tulit, J
Chanan

vis eventura prænunciat. Regem barbarum & principes externos de Deo docet, & sapientia cœlesti instruit: pater Pharaonis, & servator Ægypti nominatur; ornatus bysso & auro, & curru insigni vectus, locum a Rege secundum, & annonæ curam accipit, anno ætatis suæ trigésimo. In summa dignitate non superbit, Regem observat, multitudini prospicit, inimicis ignoscit, patrem alit, fratres ditat, in ecclesiæ provinciam regnum Ægypti redigit: verissimus vates, sanctissimus doctor, optimus princeps, suæ gentis ornamentum, alienæ firmamentum: Christi inter latrones imago in carcere, & mox ejusdem resuscitati in dignitate. Moriturus filiis & fratribus mandata de ossibus suis relinquit: quæ Moses ex Ægypto transtulit, Josua sepulcris majorum in Chananæa intulit. Reges Israël,
qui

qui tenuerunt Samariam, e stemmate ipsius sunt propagati.

30. POTIPHAR.

Potiphar Ægyptius, e regiis curatoribus præcipuus, Josephum emit a mangonibus Ismaëliticis: cujus ingenio, industria, integritate explorata, rem suam familiarem omnem adolescenti committit. Quamvis autem & in domo & in agris, Josepho procurante, domini bona auferentur plurimum: tamen præter panem, homini gnave seruoque spectato aliam nullam mercedem præbuit: accusatum ab uxore procaçe crimine falso, in carcerem aulicum detrusit. Tandem & ipse crudelitatis, & uxor lasciviae poenas dederunt. Deus enim Josepho & contra oppressores potentiam tribuit, & ejus calumniatores, celebri testimonio, mendacii convicit.

31. PHA-

31.

Phar
mius, n
rum co
interpre
in quib
gerat, e
denter r
ficit: b
miis m
torem,
guberna
ciarum
doris
liat.
impera
scit & p
nitatem
tiones v
tat, pius
dividit
liberali

31. PHARAO pius.

Pharao Amosis, Rex Ægypti eximius, nullum e Magis inveniens verum conjectorem aut somniorum interpretem, Josephum e vinculis, in quibus annos jam tredecim exegerat, educit. Adolescentem prudenter respondentem honoribus afficit: bene consulentem audit: præmiis maximis extollit: mundi servatorem, & patrem suum nominat: gubernationem omnium provinciarum ei committit, summiq; sacerdotis (*Principis*) On filiam conciliat. Ejusdem consilio & arbitrato imperans, doctrinam coelestem discit & propagat: reditus & immunitatem sacerdotibus constituit, nationes vicinas famis tempore sustentat, piis advenis agrum fertilissimum dividit: nutritius & hospes ecclesiæ liberalissimus. Doctoribus duobus

f

hic

hic Rex usus est, Josepho & Jacobo; illius sapientiam admiratur, hujus benedictionem amplectitur, factisque demonstrat, nihil sibi in terris, illa principe doctrina de Deo, carius esse & optatius.

32. PHARAO impius.

Pharao Cenchres seu Busyris, a Davide propter insolentiam dictus Superbus, Rex Ægypti, animadvertens mirabile populi Israëlitici incrementum, ejusque vires & defectiorem veritus, totam illam gentem cogitavit exinaniendo perdere. Variis tentatis viis, spe sua delusus, mandat obstetricibus, ut infantes masculos in nixu interficerent: quod cum illæ facere horrerent, mandatum edicit, ut in Nilum nati masculi projicerentur. Quod totis annis triginta factum est. Populum præterea oneribus non tolerandis præfit,

fit, erga
servitum
nitus po
contum
suos, &
lec, ab
veste pr
suos jub
rum m
beris,
bus.
citu &
qvens,
pulo D
monte
ingress
uno q
qvoris
ditus o

33.

Mo
Nili re

fit, ergastulis & verberibus coërcuit, servitute durissima afflixit. Admonitus portentis & prodigiis se ipso fit contumacior. Deus cum liberare suos, & levare ærumnas ecclesiæ vellet, ab Ægyptiis auro, argento, & veste pretiosa mutuo sumpta, fugere suos jubet, ultra sexcenta armatorum millia, exceptis uxoribus & liberis, & servitiis se illis adjungentibus. Eos Pharaon cum selecto exercitu & cupida vindictæ gente insequens, & mare rubrum, quod populo Dei ex utroque latere, quasi in montes erectum, viam præbuerat, ingressus, cum copiis omnibus, ne uno quidem homine superstiti, æquoris procella & impressione, funditus obruitur atque submergitur.

33.

MOSES.

Moses e tribu Levi infans in ripa Nili repertus, a Pharaonis filia hoc

f 2

nomen

nomen accipit. In domo regia delicate nutritur, & in omni Ægyptiorum sapientia præclare instituitur. Habitus illustris in aula, cum populo Dei malis affici maluit, quam bonis perituris cum peccato frui: majores ratus divitias probrum Christi, quam thesauros Ægyptiorum; ut epistola ad Ebræos loquitur. Ad populum liberandum evocatus ex agro, multa & inusitata in Ægypto edit prodigia. Eo duce Deus stare fecit aquas sicut montes: & populum per mare rubrum comitatus est, & insequentes hostes in profundo tanquam plumbum demersit. In deserto agitatus seditionibus domesticorum, agnatorum, tribulium, & petitus lapidibus a vulgo, Dei potentia semper defenditur, ab omnibus adversariis invictus. Pro populi salute expungi vult e libro vitæ, & novis miraculis Dei præsentiam

pro-

probar
colloq
Orebo
cie in
cum Cl
puli in
Aaron
gem D
docet
tuit: a
tur m
quam
cum p
ad co
sed ta
amœ
vider
te sub
ejus
vic Mi

probat, & cum Deo quasi familiaris colloquitur, humano corpore, in Orebo & Sina montibus; coelesti facie in monte Thabore, sermones cum Christo confert. Censum populi in deserto agit bis, semel cum Aarone, iterum cum Eleazaro. Legem Dei promulgat, ritus sacrorum docet, formam judiciorum constituit: annis totis quadraginta fungitur moderamine, quanto nullus unquam mortalium functus est. In locum promissionis non venit, ita uti ad coelum lex deducit neminem; sed tamen regionis Chananæ situm amœnum, Deo procul monstrante, videt in monte Nebo, in quo morte sublatus, a Deo ipso sepelitur. Pro ejus corpore contra Satanam certavit Michaël angelus.

f 3

34. AA.

34.

AARON.

Aaron frater Moſis, propter eloquentiam, os fratris balbutientis dictus, coram Pharaone prima edidit prodigia. Moſe abſente & loquente cum Deo, vitulum conflat & erigit aureum, populi clamoribus adactus: eam ob cauſſam exſtinctus fuiſſet a Deo, niſi fratre deprecante, gravem evaſiſſet interitum. Sacerdotium perpetuum cum ſua progenie obtinet: & factione arrogante atque inimica prodigioſe deleta, & virga ſive pinea ſive amygdalina ſicca, florem nuceſque emittente, Dei teſtimonio confirmatur: ornatu etiam Sacerdotis inſigni, quo pulchrior in nulla uſquam gente fuit, decoratus eſt. Fratri ſuo adverſatur aliquoties, filioſque ſibi viciffim habuit adverſantes. Terram Chananaeorum & ipſe vidit e monte Hore;

ſed

ſed in
centum
menſe

35. P

Pop
duci ſu
propte
tas æru
ramen
miſeric
daret,
ut fan
eum ſ
leret,
ta alui
manan
deret
bus, ſ
ravit.
trita
gnant

sed in itinere moritur, natus annos
centum & viginti tres: lugetur toto
mense a multitudine univversa.

35. POPVLVS IN DE- SERTO.

Populus in deserto pregrinatus,
duci suo sæpissime fit contumax,
propter impatientiam: ideo in mul-
tas ærumnas vicio suo incidit. Deum
tamen nunquam non præsentem &
misericordem sentit; qui ut sitim se-
daret, e fontibus amaris dulces fecit:
ut famem reprimeret, coturnicibus
eum satiavit: ut querelæ causam tol-
leret, pane coelesti annis quadragin-
ta aluit, & aquis e saxo percusso de-
manantibus refecit: ut morbo me-
deretur tristi, sævientibus serpenti-
bus, solo aspectu simulacri erecti cu-
ravit. Vestes ambulantium non de-
tritæ, calcei rupti non sunt. Pu-
gnantibus contra se Amalekitis vincit

f 4

Mosis

Mosis precibus & manibus levatis in altum. Audacia usus contra Chanaanæos fugatur & transitu prohibetur ab Idumæis, & dementatur libidine a Midianitis. Viam sibi aperit per regna Seonis & Oggi, & Midianitas ferro rursus ulciscitur. Ex illa multitudine ingenti, qui ex Ægypto exierant, Calebus tantum & Josua Jordanem transeunt: reliqui in deserto omnes exstinguntur, & promissis beneficiis eorum perfruuntur filii, qui ut ultra Jordanem pervenerunt, non manna amplius, sed agrorum præda ubere atque locuplete sustentantur.

36.

RAHAB.

Rahab Hierichuntina, cauponariam exercens, duos Josuæ exploratores hospitio excipit, eosque Rege inquirente sollicitè abscondit: neve in manus hostiles inciderent, per noctem

nocte
demitti
fruit.
capta, i
nerat,
neum f
per fid
Ecclesia
propin
monis
sti gen
neis, I
Davidi

37.

Gab
Hierich
ne terr
vestitu
tantes
nes du
adelle
neris

noctem funibus de muro pacifice demittit, & viæ ignaros consilio instruit. Vrbe ipsâ per miraculum capta, ita uti cum hospitibus conuenerat, funiculum de fenestra coctineum suspendit. Rahab igitur, quia per fidem benigna fuerat hospita Ecclesiæ, seruator cum sua omni propinquitate, & viri præstantis Salmonis potitur conjugio. In Christi genealogia, e mulieribus extraneis, loco secundo ponitur, Regis Davidis tritavia.

37. GABAONITÆ.

Gabaonitæ, urbium vicinarum Hierichuntis & Hai clade & everfione territi, in castra Josuæ veniunt, vestitu lacero & calceis dilutis, portantesque utres vini veteres, & panes duros, e regione longinqua se adesse simulant: cum dicerent itineris longitudine consumta vesti-

f s

men.

menta, ruptos utres & panes situ obductos. Quo dolo pacem impetrant, & vitam lucrifaciunt. Populo indignante, quod incolumitas illis concessa esset, Josua eos addictos servituti, calones & lixas esse imperat, & in fidem semel susceptos, contra Reges vicinos, ne furore illorum delerentur, sua potentia defendit.

38. JOSUA.

Josua, qui & Hosea, Nuni filius, Efraimites, Mosè summo duce, & maximo propheta dignus minister ac discipulus, a cujus latere nullo loco aut tempore discedit. Explorator missus in terram hostilem, periculum non horruit, & magnifica certaque renunciavit: socios suos proditoris se arguentes sprevit, populum terrore perculsum animavit, fremitus iniquorum non sine vitæ peri-

pericu
succello
accipit a
missæ te
millibu
ingredi
vocat D
ces ejus
imperiu
nuerun
trajecto
necatis
bes cor
tibus p
micilia
la. In
in popu
ante m
conci
sentissim
lari spec
rii sui se
centesim

periculo compescuit. Mosis factus
successor auctoritate divina, insignia
accipit ab Eleazare: hæreditatis pro-
missæ terram, e sexcentis hominum
millibus superstes, uno socio Calebo
ingreditur. Temporibus adversis in-
vocat Dominum excelsum: ad pre-
ces ejus fluvius stetit Jordanis: ad
imperium, sol & luna cursum te-
nuerunt. Jordane per miraculum
trajecto, populum circumcidit, &
necatis uno & triginta Regibus, ur-
bes eorum sorte dividit. Sacerdo-
tibus per tribus singulas disperfit do-
micilia: fugitivis tuta constituit asy-
la. In vita sua, de sempiternis Dei
in populum beneficiis perpetuo, &
ante mortem gravissima oratione
concionatur: vir ingente fide, præ-
sentissimo animo, tolerantia singu-
lari spectatissimus. Obiit anno impe-
rii sui secundo & trigesimo, ætatis
centesimo decimo.

39.

GIDEON.

Gideon Joæ filius Manassæus, homo rusticanus, dum frumentum in horreo excutit, populi dux ab Angelo designatur, & miraculo confirmatur cœlitus. Initio imperii aram & lucum Baalis in domo patris evertit, unde Jerobaal cognominatur: tum contra Midianitas, per tribus vicinas, classicum canit. Habito copiarum delectu, viros tantum trecentos eligit, ut hominum paucitate vincens, gloria Dei fieret manifestior. Castra hostium uno comitatus socio ipse explorat, & prælium novo quodam genere militiæ inchoat & clangore tubarum, strepitu fictilium, lampadum fulgore, clamore militum, hostes ita terret, ut mutuis se conficerent vulneribus, eorundem centum & triginta quinque millia oppeterent. Duces Midianitarum

tarum
henfos
bam &
Gideon
tenles
caciter
conter
sceptu
trechar
relinq
idolu
qua
beris
ruin
virtu
dragi
mine
effec
celeb
40.
A
bina

tarum Orebum & Sebum comprehensos Efraimitæ interficiunt: Zebam & Salmanam captos trucidat Gideon. Post eam victoriam Socho- tentes & Phanüelitas, qui ipsum pro- caciter irriferant, spinis tribulisque conterit. Regium nomen atque sceptrum ad se delatum, sponte de- trectat, antiquam civibus libertatem relinquit. E præda hostili constat idolum, idque in patria sua dedicat: quæ profanatio divini cultus ipsi li- berisque ejus cessit in perniciem & ruinam. Populo præest singulari virtute & moderatione annos qua- draginta, ex agresti princeps, ex ho- mine humili victor gentis maximæ effectus. Præconio Isaiæ prophetae celebris.

40. **ABIMELECHVS**

tyrannus.

Abimelechus, Gideonis e concu- bina Sichemensi filius, homo auda-

f 7

cissi-

cissimus, regnum a suis civibus ver-
 sutia eblanditur, utqve sine timore
 id retineret, Sichemitarum argento
 e redivibus sacris collecto militem
 neqvam & impium conscribit, &
 urbem Ephram, in qva fratres ejus
 septuaginta habitabant, armatus in-
 grediens, eos omnes in uno lapide
 obruncat, præter unum Jothanem,
 qvem homines fidi absconderant.
 Paulo post Sichemita stulti & levif-
 simi homines, duce qvodam Gabe-
 le deficiunt a Rege. Abimelechus
 ira percitus urbem fraude invadit,
 seditiosos opprimit, puberes omnes
 occidit; urbem amplam unum ro-
 gum facit, & in patriæ ruderibus sa-
 lem seminat. Cives mille, qui in
 speculam qvandam confugerant,
 fumo sarmentorum suffocat. Post
 ea facinora oppidulum Theben ob-
 sidet, ad cujus moenia accedens, a
 muliere qvadam fragmentum mo-
 laris

laris
 tur:
 dici po
 porrigi
 nos tre
 homic
 everfor
 rius.

41.

Jep
 matre
 prop
 tribu
 suis,
 & ro
 comp
 leadi
 suoru
 quo
 cum
 ros r
 imp

laris desuper jacente, lethaliter feritur: neve feminæ dextera interiisse dici posset, seruo armigero jugulum porrigit. Tyrannidem exercuit annos tres, dedecus gentis & generis, homicida civium, parricida fratrum, everfor libertatis, patriæ incendiarius.

41. JEPHTHA.

Jephtha Jairis civis & tribulis, e matre natus infami, domo paterna propter matris turpitudinem a fratribus ejicitur: desertus & spretus a suis, consuetudine latrociniorum, & robur militare & nomen illustre comparat. Ammonitis contra Gileaditas arma sumentibus, civium suorum consensu belli dux creatur: quo honore ad regem Ammoniticum de non infestandis finibus legatos mittit. Ab eo cum nihil æqui impetraret, cives armat, pugnam
init,

init, fide vincit, civitates viginti subigit. Voto temerario filiam unicam devovet, luctum ingentem omni populo excitat, seqve prole optatissima orbat. Idem Efraimitas nobilitate sua semper insolentes & importune molestos coërcet: qui cum ei bellum non necessarium indicerent, duo & quadraginta ex iis prostravit hominum millia. Rerum potitur annos tantummodo sex, consilio & fortitudine, non minus hostibus, quam sociis metuentus.

42.

SIMSON.

Simson Manoæ filius, prædicatur ab angelo futurus vindex populi, & Deo sacratum adhuc in utero materno. Robore giganteo fuit: sed qui telis armisve vinci, & vinculis constringi nullis potuit, victus voluptate est. Vxorem duxit Philistinam, illu-

illusus
interim
tes Thar
colligati
zensium
vectibus
inermi
discerpi
interim
cibus el
ejus bla
frangit
privatu
tradita
sibus a
quo c
accubu
ductus
sisque
innitel
plures
antea
ruina

illusus a sponsa, triginta Aſcalonitas
interimit: repudiatuſ a ſocero, ſe-
getes Thamnatensium caudis vulpium
colligatis inflammat: mœnibus Ga-
zenſium inſuſuſ, portas urbiſ cum
vectibus aſportat. Catulum leoniſ
inermi ſibi occurrentem manibus
diſcerpic: aſini maxilla mille viroſ
interimit; ex oſſe belluæ aquam pre-
cibus elicit. Amore Dalilæ inſanuſ,
ejuſ blanditiis eſſeminatur, inſidiis
frangitur, avaritia proditur. Captuſ,
privatur oculiſ: vinctuſ in piſtrinum
traditur: damnatuſ capitiſ a Gaze-
niſ ſibiſ aſſervatur. In convivium, in
quo cum uxoribuſ & liberis ſatrapæ
accubuerant, ſpectaculi cauſſa pro-
ductuſ, fide Deum invocat, prehen-
ſiſque columniſ, quibuſ porticuſ
innitebatur, eaſ evertit; morienſque;
plureſ ſecum occidit, quam vivens
antea occiderat: perierunt enim illa
ruina nobiliſſimorum ſexuſ utriuſque;
homi-

hominum tria millia. Fuit cum auctoritate annos viginti. Vnus se Philistinis omnibus opposuit: neque machinis aut exercitu, sed manu sua solus pugnavit, & victorias admirandas retulit, omnibus formidabilis, suo populo salutaris. In ejus vita Christi imago adumbratur, qui etiam moriendo hostes subegit & oppressit.

43. *HELI Sacerdos.*

Heli de stirpe Ithamaris, quarti Aaronis filii, in Silone habitavit, & officio sacerdotis atque ducis functus est. Confectus senio Ecclesiam committit filiis, turpibus & nefariis adolescentibus, de quorum flagitiis cum multa audiret quotidie, oratione castigatos emendare non potuit: vinculis legis coercere, aut ab officio remove, non sustinuit. Monitus a propheta, objurgatus a ministro
Samue-

Samue-
num h
ut pec
dulgen
populu
deinde
stinis n
lis am
ipse de
expira
nonag
Poena
diu in
Ichab
sur :
datur
Abjath
tempo
steri a
veniur

Samuele, magis filios, quam Domi-
num honoravit. Factum igitur est,
ut poenas inopinatas lenitatis & in-
dulgentiæ lueret. Primùm enim
populum incessit sterilitas & inedia:
deinde bellum asperum est a Philis-
tinis motum, in quo una hora fi-
liis ambobus orbatur in prælio, &
ipse de sella cadens fractis cervicibus
expirat, anno ætatis suæ octavo &
nonagesimo, imperii quadragesimo.
Poena impietatis & inobedienciæ,
diu in ejus familia duravit. Nam
Ichabod nepos partu immaturo edi-
tur: pronepos Achimelechus truci-
datur, temporibus Sauli: abnepos
Abjathar, a dignitate removetur,
temporibus Salomonis: reliqui po-
steri ad ætatem grandem non per-
veniunt.

44. SA.

44. *SAMUEL* *Propheta.*

Samuel precibus a Deo impetratus, & Deo a pueritia dicatus, ab Heli Sacerdote instituitur, custodis ostiarii vice fungitur, & a Deo, anno ætatis duodecimo, dormiens nominatim vocatur. De latere sui doctoris non abiit, vitam severe instituit, aquam potavit, & cibo omni delicato abstinuit, & de more comam nutrit. Propheta primarius & fidelis, ac Deo ita charus, ut ab eo frustra nihil unquam petierit. Ipso orante, Philistini & Tyrii fulmine sternuntur: ipso instigante, Amalechitæ expugnantur. Regnum primus constituit coactus, & Reges in gente sua unxit: ludos discentium aperuit, ecclesias annis singulis perlustravit, mandata Dei constanter exsequens. Heli & Saulo iram Dei denuntiat liberime: populum regiminis statum mutantem, objurgat acerrime: Regem

gem A
percerat
populo
tuatur;
fcitur:
malos n
non tu
Davidis
& viver
sentiri E
quam h
injurie
secution
mniur
perii su
gesimo
Prophe

45.

Saul
mitica
poris h
tellaric

gem Amalechiticum, cui Saulus pe-
percerat, interficit fortissime. A
populo exauctoratus, non tumultuatur;
a Saulo contemptus, non irascitur:
a primatibus propter filios malos
reprehensus, suorum delicta non tuetur.
Cæde Sacerdotum, & Davidis exilio,
magnopere doluit, & vivere privatus
maluit, quam assentiri Regi hypocritæ.
A nullo unquam homine ullius cupiditatis
aut injuriæ convictus est. In gravi
persecutione Ecclesiæ placide obiit,
omnium piorum desiderio, anno imperii
sui quadragesimo, ætatis septuagesimo.
Ab hoc Petrus Apostolus Prophetarum
ducit initium.

45. *SAVLVS Rex.*

Saulus Cissi filius, e tribu Benjamitica,
& viribus & dignitate corporis homo
eminentissimus, e cli-tellario in Regem
evehitur: regnum humi-

humilis & integer accipit, sed vir bonus non manet ultra biennium. Objurgatus verbo Dei, quod misericordia potior sit sacrificio, & cognitio Dei holocaustis, animum non attendit: tum male faciendo, se ipsum defendit pertinacissime, magis suæ laudis, quam gloriæ Dei appetens: cum tamen nihil minus haberi vellet, quam hostis Dei aut religionis. In præliis satis felix, sed uti eis ad gloriam Dei, etiam admonitus, noluit. Propter hypocrisim rejicitur a Deo: & agitatus a spiritu malo duram exercet tyrannidem: non curat Samuelem: armis Davidem, odio Jonathanem prosequitur, sacerdotum atrox adversarius, occisor infantum. Familias pias damnat exilio, satellite peregrino & barbaro se cingit, suo ipsius populo iniquus. Usus hominum malorum & proditorum consiliis, in exitium
conji-

conji
Samue
tuum p
vocare
de eqv
stibus c
lum pr
fert. I
te trun
vor. C
fert in
hi filii
unus c
tribuli
qvinq
Ita cur
ve cen
tur ac
quadra

46.

Jon
magn

conjicitur; quemque non audierat
Samuelem viventem, eundem mor-
tuum per pythoniſſam e tumulo e-
vocare ſtudet. Viſtus a Philiftinis,
de eqvo lapſus vulneratur, neve ho-
ſtibus de ſe triumphum & ſpectacu-
lum præberet, ipſe ſibi manum in-
fert. Inventus inter cadavera capi-
te truncatur, & de muro ſuspendi-
tur. Oſſa ejus collecta, David in-
fert in monumentum patrium. Sau-
li filii tres occiduntur a Philiftinis:
unus dormiens, interficitur a ſuis
tribulibus: duo alii, & nepotes ejus
quinque ſtrangulantur a Gabaonitis.
Ita cum familia ſua omni, intra bre-
ve tempus Rex potentiffimus dele-
tur atque interit. Regnavit annos
quadraginta.

46. JONATHAS.

Jonathas Sauli filius, pietate &
magnanimitate juvenis inſignis.
Præ-

Præsidium Philistinorum urbe Gaba ejicit, & uno armigero socio per scopulos arrepens, ad hostes contendit, viros in acie sternit viginti, & reliquum exercitum solo conspectu territat. Exsecratione patris temeraria in vitæ periculum nescius incidit, sed auctor victoriæ, vitam retinet benevolentia vulgi. Amicus Davidi factus, patrem in se concitat, a quo etiamsi telo peteretur, amicum tamen fideli studio defendit, & in exilio verbis consolatur, & foedere sibi perpetuo obligat. In prælio contra Philistinos, cum patre & fratribus duobus oppetit: quorum capita ludibrii causa tholis affiguntur, corpora de mœnium pinnis suspenduntur: quæ noctu Jabitæ tolentes, terra fortiter & splendide condunt. Mortuum luget, & carmine suo celebrat Rex David, & ossa
 ipsius

ipsius c
 rumqv

47.

Davi
 & urfis
 & ovib
 ad regn
 populi
 confirn
 Regis f
 armis
 gloriæ
 militu
 vidia f
 cum si
 hostibu
 re in le
 omnib
 In suo
 baris R
 inter
 lensib

ipſius cum paternis eruta, avi majorumque tumulis mœrens infert.

47. *DAVID Rex.*

David adoleſcens, cum leonibus & urſis luſit, tanquam cum hœdis & ovibus. Anno ætatis vigefimo ad regnum Dei mandato arceſſitur, populi ſuffragiis trigefimo demum confirmatur. Muſicus & armiger Regis factus eſt, & Goliado gigante armis paſtoralibus victo, tantum gloriæ meretur, quantum decem militum millia. Saulus odio & invidia flagrans, ipſum, adhuc muſicum ſuum, haſta petiit: tribunum, hoſtibus objecit: generum, interficere in lecto voluit: fugientem, in omnibus agris & urbibus quaſiſit. In ſuo exilio David non læſus a barbaris Regibus, ad quos diverterat: inter ſuos homines deſeritur a Ceilenſibus, proditur a Ziphæis.

g

dito

dito in manus suas Saulo, cum re-
 verentia parcit: in spelunca laciniam
 chlamydis præscindit: in castris scy-
 phum & hastile dormienti transpor-
 tat. Manus sociorum, incensâ Si-
 celecha, qvi lapides in eum tolle-
 bant, vix effugit. Occiso Saulo, an-
 nos circiter quinque exagitur ab
 ejus præfectis; deinceps regno inte-
 gro accepto, Philistinos, Moabitas,
 Ammonitas, Syrios, Idumæos, A-
 malechitas domat, & familias Gi-
 gantum aliqvot præliis delet. Par-
 tis tot victoriis, Deum toto corde
 extollit, & Ecclesiam qvibus potest
 ornamentis decorat: ipse domici-
 lium & templum Spiritus Sancti.
 Statu rerum florente Bathsabæam ra-
 pit, Vriam in manus hostium tra-
 dit, populum deniqve suum per
 provincias numerat: propter qvæ
 facinora a filio Absolone regno ex-
 uitur, lethali lue pestilentiaë puni-
 tur,

tur, &
 fligitur.
 olet, &
 appella-
 tatis sep-
 timo.
 centissim-
 rator, d-
 tatissim-
 omniur
 mundi
 scivit; d-
 fuscitati
 vidit.
 qvitur
 Psalmos
 pretes p-
 nos cor-
 Chryso-
 suam po-

tur, & ab Adonia filio jam senex affligitur. Dominus peccata ejus abolet, & virum secundum cor suum appellat. Moritur placide anno ætatis septuagesimo, regni quadragesimo. Sanctissimus Propheta, potentissimus Rex, felicissimus Imperator, doctissimus musicus, exercitatissimus scriptor, laudatissimus omnium hominum. Redemptorem mundi e sua oriturum posteritate scivit: de ejus cruciatibus, morte, resurrectione, ad cœlos ascensu, prævidit. In Christi persona sæpe loquitur, ut & Christus verbis ipsius. Psalmos contra falsos scripturæ interpretes plures, quam contra tyrannos composuit; quibus libris, ait Chrysostomus, minus carere Ecclesiam posse, quam mundum Sole.

48. *GOLIADVS.*

Goliadus Gethæus, viribus & vastitate corporis confidens, nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli. Exercitum Israëliticum omnem, præ suo robore & mole contemnit, & ex eo provocat fortissimum quemque, mane & vesperi, dies totos quadraginta. Ad ejus conspectum trepidarunt universi, nec audebat quisquam, etiam præmiis amplissimis invitatus, cum eo congregari. Misit in castra David, ejus in Deum maledicta impia non fert, & regio permissu certamen cum eo singulare suscipit. Itaque tiro adolescens, accedens ad virum militem, ad armatum hasta & clypeo, instructus funda & lapillis, cum risu & convitio excipitur: sed nomine Dei sui invocato, David primo ictu cassidem æneam perrumpit, & frontem parvo lapil-

lapilli
obtru
detrab
tur Je
in fac
David
truncu
agro.

49.

Ab
reni fi
la an
Prop
patria
alios,
tris co
a patr
cum t
villam
Etis ta
sed m
scetus

lapillo dividit, & gladio proprio obtruncat, & spolia opima corpori detrahit. Caput Goliadi suspenditur Jerosolymis, gladius deponitur in sacratio Nobensi, arma affigit David in suo tabernaculo, corpus truncum a litibus & bestiis abjicit in agro.

49. ABSOLON.

Abolon ex Maacha, Regis Gessureni filia, tertius filius Davidis, nulla animi corporisque dote caruit. Propter fratrem interfectum, extra patriam degit annos tres: & duos alios, etiamsi revocatus esset, in patris conspectum non venit. Gratiā a patre impetrat per Joabum, qui cum tardius ageret negotium, ejus villam segetesque incendit. Traductis tandem ad se non solum vulgi, sed multorum optimatum animis, coetus factiosos agitat, bellum susci-

rat, patrem fugat, concubinas publice stuprat, regnum occupat. Prælio cum paternis ducibus commisso, terga dare compellitur, ramisque quercus cæsarie involutus, & capite adhærens, tribus hastilibus a Joabo percutitur. Corpus ejus in foveam projectum, lapidibus superinjectis tegitur, carensque liberis nullam sui relinquit memoriam, præter colossum a suo nomine dictum, quem sibi vivens ipse in agro erexerat. Cædes ejus nulli hominum fuit acerbior, quam patri Davidi: sed in planctu tristissimo, divinæ cedens justitiæ animo tandem acquiescit.

50. *SALOMON Rex.*

Salomon, Davidis e Bathsabea filius, præceptorem habuit prophetam Nathanem, a quo etiam regni diademate ornatus est. Justus a Deo
pete-

petere, quæ vellet, sapientiam petiit, Deo ipsi dante & sapientiam inauditam, & divitias immensas. Templum Domini sumtuosè, regiam magnifice exstruxit: urbes munivit, fecit horrea, classem ædificavit. Satellite aureos clypeos gestante usus est. Nominis sui veneratione atque terrore, finitimos a patre non subactos ad tributa coëgenda. Eum propter virtutem coluit Rex Tyri: propter sapientiam adiit Arabia Regina: propter felicitatem admirati sunt omnes nationes & populi. Mulierum externarum amoribus insanis correptus, aspersit maculam existimationi suæ. Nam ab illis occæcatus per blanditias, deos gentiles adoravit, & in eodem monte, quo Dei templum stetit, Astratæ fanum posuit, ut aliis locis, diis aliis; quibus scandala in
popu-

populo Dei horrenda sunt excitata.
 Regnavit annos quadraginta, sum-
 ma gloria & felicitate, mortuus ata-
 tis secundo & quinquagesimo. Re-
 liquit doctrinae & scientiae suae mo-
 numenta insignia. Christus praer-
 fert omnibus ornamentis Salomo-
 nis, flosculorum in agro pul-
 critudinem.



lica.

sunt excitata.
ginta, sum-
orruus ara-
simo. Re-
e sua mo-
istius pra-
s Salomo-
ro pul-

Gloria lausq; Deo sit decantanda
petennis

Quod largo nocturno, recte
at in bre solum.



M. J. J. J.



VIII 26

37 02948 4 031

